

## PRAEFATIO.

C. B. Heinrichus, Caroli Friderici filius, quum tribus fere annis abhinc ad Professoris E. O. munus capessendum hinc Regimontium discessit, ubi iuvenem doctissimum et humanissimum repentina morte extinctum lugemus omnes, quidquid pater clarissimus in Lycurgi Leocrateam ab ipso a. 1821 Bonnae editam animadversionum aliorumque subsidiarum reliquerat, ita mihi per otium excutiendum tradidit, ut si quae patris nomine haud indigna esse viderentur, ea data opportunitate in vulgus ederem. Ac licet post Heinrichum tot viri eruditi cum doctrina tum ingenii acumine praestantes operam suam in perpurganda et inlustranda Lycurgi oratione collocaverint, ut nihil fere quod agas relictum esse videatur, tamen cum Heinrichianas in Lycurgum curas, ut omnia quae vir eruditissimus idemque praeceptor meus desideratissimus litteris mandavit, singularem doctrinae et elegantiam et severitatem prae se ferre intellexissem, haud alienum putavi, hoc loco specimen earum proponere. Quod antequam faciam, res ipsa hortari videtur, ut schedarum ab Heinrichio in Lycurgum relictarum omnium conditionem rationemque paucis describam, deinde quomodo ipse in iis digerendis versatus sim, exponam.

Heinrichium iam eo tempore, quum Vratislaviae degebat, Lycurgi Leocrateam accuratius tractandam sibi sumpsisse, ex collatione apparet duorum codicum, Vratislaviensis ac Veneti, quos tum nactus diligenter excussit. Utriusque enim codicis varias lectiones adscripsit margini Lycurgi editionis, quam curavit I. H. Schulzius Brunovici a. 1789, in cuius libri pag. 47 ipsius manu haec addita leguntur: „Extat Vratislaviae in bibliotheca publica ad aedem S. Mar. Magdalenaë Codex Mstus membranaceus, 216 foliis constans et Oratores gr. (praeter Demosthenem) cum Aristotelis Rhetoricis ad Alexandrum et Harpocratonis Lex. continens: ex quo varias lectiones enotavimus, quae margini adscriptae sunt.“ *Ms. Venet.* „Sic variantes signavi e cod. Veneto adscriptas manu vetere ad marg. Aldinae in biblioth. publ. Hamburg., ubi copiosae extant varietates ad ceteros quoque oratores, Aeschinem, Lysiam, alios. Fons indicatus priore Vol. pag. 86. ad initium Lysiae, his verbis: *Collatum ex libro veteri Veneto.*“

Ubi Kiliam commigravit Heinrichius a. 1804, data opera novam Lycurgi editionem parabat, cuius rei testis est titulus inter reliquias, in quo futurae editionis ratio huncce in modum delineatur: „Lycurgi Atheniensis in Leocratem oratio. C. Fr. H. Eloq. et LL. Graec. Prof. Kil. recensuit et Commentarium adiecit. 1. Praefatio mea. 2. Praefatio Phil. Melanthonis. 3. Lyc. *Λόγος κατὰ Λεωκράτους*. 4. Annotationes cum Prooemio. 5. Index Script., rerum et dictionum quae in Annot. tractantur.“ Editionis huius commentarius latine scriptus atque, ut in extrema pag. legitur, 1. die Jul. a. 1807 absolutus, sed postea multis locis retractatus, correctus, locupletatus, praeter Tyrtaei Elegiacum totam Leocrateam complectitur constatque paginis 114 forma, quam dicunt, quadrata. Inde a pag. 102 usque ad finem in Versus Euripideos ex Erechtheo (p. 203—209 Reisk. §. 100—101 Bekk.) Naehius, vir elegantissimae eruditionis, provocatus ab Heinrichio, quid ipse de difficilioribus aliquot locis sentiret, cum collega per epistolam familiarissime scriptam communicavit.

Praeter hunc commentarium, quem *perpetuum* appello, supersunt annotationes in Leocrateae initium usque ad pag. 143 R §. 11 B. uberores et elaboratiores, non multo post, ut apparet, conscriptae ac subinde correctae, quae paginis 24 forma quadrata continentur; unde breviorum commentarium emittendi consilium Heinrichium tantum non paenituisse haud temere possis coniecere. Has annotationes signavi *Comm. uber.* Verum postquam praestantissimus vir in recens conditam Universitatem Fridericam Guilelmiam Rhenanam venit vocatus, ad intermissum edendae Leocrateae consilium mox rediit ediditque diu expectatam recensionem hoc titulo: „Lycurgi oratio in Leocratem. Emendavit C. F. H. Bonnae ad Rhenum. 1821.“ Sumptus fecit Carolus vom Bruck, qui postea, nomine paullulum mutato, ut apud Iuvenalem ille *ex rhetore consul*, ita ex bibliopola factus est Praeses Summi apud Austriacos mercaturae Regii Caesarei Regiminis.

Hac editione, in qua scriptoris textus tum duorum codicum quos supra commemoravi auxilio, tum coniecturis multis locis emendatus prodiit, adhibita, Heinrichius Lycurgum, quantum ex indicibus scholarum Univ. videre licet, quater scholis privatis interpretatus est, primum anno 1821, deinde annis 1825 et 1831, extremum a. 1837. Quas in praelectiones praeter Prolegomena patrio sermone anno 1821 conscripta nihil, quantum sciam, vir doctissimus litteris mandasse videtur. Editionis tamen, quam in praelectionibus usurpabat, margini haud paucas adpersit notulas, quibus vel locos impeditiores breviter explanaret, vel textum suum ad Bekkeri recensionem retractaret, vel denique corrigeret interpunctionem.

Quod in epilogo Heinrichius promiserat, interpunctionis causam, ut emendationum omnium rationes et fontes indicaturum sese iusta editione, continuo brevem illam inse-

cutura, id quominus perficeret, non tam Lycurgi editiones aliae super alias emissae ab A. B. Beckero, Osanno, Imm. Bekkero, Pinzgero, Blumio, obstitisse videntur, quam quae ipsius propria erat considerata quaedam tarditas et sui quasi calumnia, si quid aetate iam provecior litteris mandare vellet. Hinc non est mirandum, quod in maiorem quam parabat editionem ille emendationes tantum et coniecturas reliquerit partim elaboratas uberiorisque, partim strictiores et modo inchoatas, quae quidem locorum inter se excipientium ordine minus servato undetriginta fere foliis quaternis continentur. Has emendationes in schedis notavi *Curas posteriores*. Qualis autem iustae huius oratoris editionis universa forma ac ratio futura fuerit, cognoscere licet ex hoc altero titulo, qui superest: „Lyc. or. in L. Ex emendatione C. F. H. secundis curis limatiore. Accedunt eiusdem Animadversiones.“ In praefatione hos locos tractandos sibi proposuerat: I. De interpungendi modo; II. De elisionibus et crasibus vocalium. III. De *αὐτοῦ* s. *ἐαυτοῦ* etc. IV. *σ* et *ς* in mediis vocibus. De his locis quum tantum is qui est de elisionibus et crasibus vocalium, perfectus sit atque elimatus, Heinrichii famae optime mihi videor consulturus, si, reliquis omissis, eum solum infra \*) excudendum curavero. Quod ut fa-

\*) „Alter est locus de *elisionibus* et *crasibus*, quatenus illas admitti signarique apud oratorem conveniat. Nam a libris ea in re testimonii vel auctoritatis nihil peti potest, non solum propter socordiam librarium, sed quia constat, eas tum demum scriptura signari coepisse, cum aequae ac nos litterati homines dubitabant, quomodo singulis locis pronunciaverit vetus orator, utrum *δ' ἦ*, *ῶσθ' οὐθ' ὅ*, *τὰ δειχόμενα*, an *δὲ ἦ*, *ῶσσι οὐθ' ὅ*, nisi forte etiam *ῶσι οὐτε ὅ*, an denique *τὰ δειχόμενα*, etc. Atticorum fugam hiatus et curam vocum coagmentandi e poetis novimus; quid vulgo in loquendo illi fecerint, facile suspicamur: at oratores et reliquos omnes, qui scribebant, uti audirentur, quamvis existimare satis licet aliquid esse secutos, hoc aliquid unde sciamus? Et tamen id, quod dicentibus curae fuit propter sonum et magis etiam propter ipsam compositionem, olim scripta hodie edentibus quomodo leve et contemnendum videatur, praesertim tanta inconstantia Codicum et Edd. ubique admonitis, ut regulam quaerant? Qua de re cum doctissimi Grammaticorum nostrorum aut prorsus taceant, aut nihil scire se profiteantur, et orationum editores quid sequantur, ego non invenerim: integra laus manet Wunderlichio, qui primus in Demosthene eam movit quaestionem atque, ut alia egregie inchoata, perfecturus aliquando fuisset, si diutius vixisset. Rem summus vir Wolfius nimis strictim tetigit in Anal. I. 442., qui, modo vellet, unus omnia explicaret. Interdum accuratiores aliquid monent ut illud propter comma, quod apostrophus male procedat, (vide auctam a Schaefero edit. Aesopi p. 100.) et rursus propter elisionem, quae locum non habeat ante appellationem, *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* et similes. Vid. Wunderl. App. ad Dem. de Cor. p. 203. At hoc praeceptum poetae Attici non solum convellunt, sed comma etiam valde dubium reddit, veteribus illud non sic ut hodie usitatum. Cf. Wolf. Praef. Hom. p. 81 sq. ed. noviss. Et aliud Reizius ponit in Excerptis suis Aristotelicis, ubi ad verba *τοῦ τ' εὐ ζῆν* pronunciandum dicit sine apostropho, *τοῦ τε εὐ ζῆν*, ne cum apostropho auditum accipiatur pro *τοῦτο εὐ ζῆν*.

De effectu videndum est, qualem nos docent ipsi veteres. Efficit omnia elisio et hiulcas voces et *asperas*: Cic. Or. 44., ubi bis *aut* male legitur; quocum non pugnat illud *molle quiddam* c. 23.



ciam eo magis impellor, quod is qui hanc materiam satis illam difficilem et ad id tempus neglectam nuper uberrime tractavit, G. Ed. Beseler de Hiato in oratoribus Atticis et historicis graec. ll. II. Friberg. 1841. Lycurgum oratorem vix verbo commemoravit.

Iam quum Heinrichii in Leocrateam curarum quae sit conditio accuratius describerim, superest ut exponamus qua via ac ratione haec subsidia in usus nostros convertendos esse putaverimus. Ac primum quidem id cavendum erat, ne quae eo tempore, quum Heinrichius commentari coepit oratorem, nova et memoratu digna fuerunt, nunc trita sunt ac vulgata, denuo repeterentur, id quod maximam partem cadit in commentarium, quem supra descripsi, perpetuum. Quanquam in hoc quoque commentario non pauca inveniuntur ad inlustrandum et explanandum oratorem ita apposita, ut non sine fructu etiamnum

Etenim asperitas, lenitati contraria, ad ipsas pertinet aures, ut, quod asperum sit recitanti, tanquam saxa non circumcisa, nec coeuntia, tamen ad aures molle accidat; idque hodierna lingua Italarum ostendit, praesertim in cantu, qui totus paene ore hiante ac distorto producit, et ipsi vet. eo confirmant, quod *hiulcis canorem* tribuunt. Quintil. et Diomed. Gram. ap. Schneid. Elem. I, 168. Add. Dionys Halicarn. de Vi dicendi Demosth. T. VI. p. 1090 sq. Demetrius de Eloc. c. 68, Henr. Stephan. de Attica dial. et Paralipomen. p. 70.

Iam vero refert non parum, qualis sit is quem tractamus orator. Si Isocrates: fuit eius et totius sectae summo studio fugere hiatus et orationem coagmentare, non apostrophis signisque crasium, sed sic, ut omnino his fere opus non esset. His Demosthenes similis eosdem *maximam partem*, ut vitiosos, vitabat. Cic. I. c. Negligentia hoc nomine insignis habitus fuit Thucydides; verum is non est orator numeratus. De aliis, ut de Lycurgo, quid expectemus? Eius genus dicendi Technicorum peritissimi, Dionysius et Hermogenes, sic designant, ut prorsus ipsi necesse esset hiare crebro verba et, ut Gellius ait, *tractum sonare*; quo ipso asperior dictio nervos consequbatur. Ad hoc me temperavi, cum hac in parte, quam ceteri editores plane destituerant, constituere vellem aliquid certi, quo editoris hoc munus regerem. Ac statim separandae hinc sunt illae necessariae synaloephae, quas in omni dictione perpetuavit usus quidam constans et certus. Igitur semper *ἐβουλόμην δ' ἄν, μάλιστα' ἄν*, in quibus et simil. diducere voces aequae est intolerabile, ac si quispiam *ὅτε ἄν* scriberet. Deinde est verum voces non decurtare, pausa incidente vel sine commate, ut *ἡμᾶς δὲ ὡς — βουλομένους, δεύτερον δὲ ἢ τῶν δικαστῶν κρείσσις*. In reliquis non cumulandae sunt voces elisae, nec scribendum *ὄστι' οὐδ' ὁ νόμος*, sed *ὄστε*. Cetera auribus reservavi, easque diligenti exactissimorum operum praelectione multos annos exercitas tamdiu interrogavi, donec iudicium ferrent firmum et sibi constans, quod tuto sequi possem. Ita cunctatus nunquam diu, dum iudicibus istis meis certam sententiam dicerem, iam denique mihi fecisse videor, ut ea in parte, praesertim hac altera editione, daretur oratio satis limata. Qua in re hic illic aliter sentientes feram libenter, quippe non nescius, aliorum aures, obesae praesertim, non esse meas. Illud monebo, legem in quavis composita oratione, Lycurgea imprimis, hanc esse debere, ut praeter illas quas usus probavit ecthlipses, in reliquis quam parcissimi simus: nam illud asperum, quod in hiatibus est, nec minuendum est oratori forti et masculo, et aspera, cui lubet levigare inter legendum facilius erit, quam levigata iam reddere aspera et sonos semel coniunctos rursus dissolvere. Procliviores etiam ad elisiones faciendas librarios fuisse par est, quo describendi ipsis labor vel compendio litterulae minueretur.

legi possint. Qua ex causa ut speciminis loco etiam huius generis annotationes nonnullas in medium proferrem, faciendum mihi esse putavi. Ex commentarii vero uberius fragmento, ut universae operae Heinrichianae species quaedam animo percipi possit, aliquot annotationes et ab argumento probabiles, et propter latinitatem insignes quin integras assumerem non potui abstinere. Verum praecipuas muneris a me suscepti partes in eo positas esse existimavi, ut emendationes et coniecturas sive curas posteriores, maiori editioni adornandae destinatas, diligentissime examinarem, et cum his ea quae recentiores editores, imprimis Bekkerus, Baierus, Sauppius, Maetnerus, aliique docti homines, ut Halmius, Godofr. Hermannus, Frankius ad orationem castigandam et illustrandam contulerunt, contenderem et quae etiamnum harum litterarum intelligentibus probatum iri usuique fore sperarem, in medium proferrem. Quo in negotio ita versatus sum, ut Heinrichii verba maximam partem redderem immutata hisque, si res posceret, meas observationes subiicerem, quibus tum quid alii interpretes statuerint referrem, tum meam qualemcunque sententiam proponerem. Quod si operam meam viris graecarum litterarum peritis non plane improbari videro, temporis ac laboris, quod in excutiendis, digerendis, excerptis his schedis disiectis consumpsi, me haud paenitebit.

Scribam ipso die III. Aug. MDCCCL.

I. Freudenberg.

— 5 —

**ANNOTATIONES.**

**P. 136. Reisk. §. 2. Bekk. ἀπαραιτήτους δικαστάς [μὴ παρέχοντας συγγνώμην].** Verba nunc uncinata a glossemate venisse prioris vocabuli, primus Taylorus censuit, iudicio plane vero. Conf. Wolfium ad Lept. p. 345. Ista ἐπεξήγησις videbatur Reiskio, quam voce barbara dicit Latine (*super enarrationem*) quaque nihil offendi se ait. Sanius illud est, quod offendebatur dictione παρέχειν συγγνώμην pro eo, quod creberrimum est apud Atticos συγγώμην ἔχειν. Nec tamen prorsus novum illud existimari potest, quo utitur saltem Aristides Hymno in Iovem p. 4. Iulianus Orat. p. 14. C. ibi Wyttenb. ed. Schaefer. HEINRICH. COMMENT. UBER. Horum verborum, quae praeter Pinzgerum et Blumium omnes Lycurgi editores tollenda esse duxerunt, patrocinium nuper suscepit Maetznerus, inque eam rem advocat praeter locos Homericos II. III, 354 παρέχειν φιλότητα, et Od. XV, 55, Soph. Trach. 710. ed. Br., Andoc. de myst. §. 6 παρέχεσθαι εὐνοίαν, denique Demosth. de cor. §. 11. Addere potuit Isocr. περὶ ἀντιδ. c. 11 εὐνοίαν παρέχειν. At vero ut Lycurgo, cuius oratio ceteroquin puram et incorruptam linguae Atticae consuetudinem prae se ferat, insolentem dictionem concedamus, tamen in vecto isto additamento orationis nervos plane infringi adiectivumque ἀπαραιτήτους vi sua vel maxime destitui, et facile apparet, et iam vidit Vir clar. Carolus Halmius in Thierschii act. phil. Monac. T. IV, 1. p. 23 sqq. Conf. etiam Frankius in Zimmermanni Diar. litt. antiq. a. 1837. p. 65. FREUDENBERG.

**P. 137. §. 3. τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα.** Articulum notes perrarum in hac formula. Invenitur tamen apud Lycurgum p. 171: ἐν τοῖς τοιοῦτοις φόβοις καὶ τηλικούτοις κινδύνοις καὶ τοσαύτη ἀισχύνη, p. 194 τῶν τοιοῦτων ἀνδρῶν, p. 210 et p. 232 οἱ τοιοῦτοι. [Infra p. 218 καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτῶν ψηφίζόμενοι Heinrichus articulum τὰ uncis additis in textum reposuit, nimirum quod res certa, de qua paulo ante dixit orator, respiceretur. At recte abest illic articulus. Vid. Schaeferi Melet. in Dionys. Art. Rhet. p. 32, Jacobs Append. Advers. Porson. p. 283, Reisig. Coniectanea p. 205, et quae animadvertentur Blumius et Maetznerus ad hunc locum. FR.] Ceterum p. 156 τοσαῦτα καὶ τηλι-



καῦτα, tam nulla tamque magna, quod fortasse est hic quoque restituendum. Causa non solum res ipsa, sed quod observavi, τοιοῦτος et τοσαῦτος sic iungi, ut perinde sit, utrum alteri praeponatur: τοιοῦτος autem sic iunctum cum τηλικούτος nunquam praeponi, sed postponi. Demosth. p. 371, 11, [ubi conf. Interpret. in Schaeferi Appar. ad Demosth. II. p. 516 sq. FR.] et p. 689, 15. τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα, p. 416, 10 et 546, 1. τηλικαῦτη καὶ τοιαῦτη, p. 472, 11. τηλικούτων καὶ τοιοῦτων. [Addo p. 355, 2 τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα. FR.] Plato Legg. III. 686. B. τηλικούτων καὶ τοιοῦτων σύστημα. In aliis locis idem re- vocandum, a librariis corruptum. Dem. p. 347, 9. τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα scribendum cum bonis Codd. pro vulgato τοσαῦτα. p. 379, 13, ubi vulgo legitur τοσαῦτα καὶ τηλι- καῦτα, August. pr. habet τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα [quod recepit Bekkerus trium libro- rum praestantium fide confirmatum FR.] Obstat exemplum e Midiana p. 548, 23. τοιοῦτο κακὸν καὶ τηλικούτων, vel potius non obstat: nam in hoc formula cessat alio vocabulo inculcato. Apud Isocratem ad Phil. p. 98. v. 5 a fin. nunc legitur: σὲ δὲ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος διαπεπραγμένον. Sed post τοσαῦτα addendum esse τὸ πλῆθος, vitio id omissum, nemo dubitet, qui Isocratem norit. [At obstat librorum auctoritas, et haud scio an non opus sit correctione, quum Isocrates alibi in his formulis vel solum τὸ πλῆθος, vel τὸ μέγεθος soleat adiungere, ut περὶ ἀντιδ. §. 5. ἀλλ' ὑπὲρ τελικούτων τὸ μέγεθος καὶ τοιοῦτων πραγμάτων, Panath. c. 68. p. 456 ed. Lang. τοσαῦτων τὸ πλῆ-θος καὶ τοιοῦτων ἀνθρώπων. FR.] Lysias in Eratosth. init. τοιαῦτα ἀντιὸς τὸ μέγεθος καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος. HEINR. CUR. POST. P. 138. §. 3. εἶναι τοὺς κρίνοντας ἐν αὐτῇ. Ita sustuli omnium librorum et codi- cis etiam Vratisl. vitium ἐν ταύτῃ, de quo Reiskius monuit primus. IDEM COMM. UBER. Locus non debet tentari: ταύτῃ dictum est δεικτικῶς eodem modo, quò infra §. 117 καὶ ποιήσαντες στήλην ἐψηφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν τοὺς ἀλιτηρίους cum vi quadam posuit Lycurgus. Vid. Maetzner. ad h. l., Schaefer. App. ad Demosth. T. IV, p. 571. or. c. Laerit. p. 928. v. 16 et p. 929, 7, et C. G. Krueger. ad Xenoph. Anab. I, 6. 9 in ind. verb. Ed. mai. FREUDENB. Ibid. οὐ φιλόπολις, ἀλλὰ φιλοπραγμονα. Tribuit Philippo φιλοπραγμοσύνην Demosthenes Ol. I, p. 13, 9 et iterum Phil. I, p. 52, 9, qui locus inprimis sensum decla- rat: δοκεῖ δὲ μοι θεῶν τις, τοῖς γιγνομένοις ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀσχυνόμενος, τὴν φιλο-πραγμοσύνην ταύτην ἐμβαλεῖν Φιλίππῳ. In Mid. p. 559, 21 reo obiicit τὴν βίαν καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην. Adversus Boeot. p. 994 primis verbis de se: οὐδεμίαν φιλοπραγμο-σύνην — τὴν δίκην ἔλαχον ταυτηνὴν Βοιωτῶν. Igitur φιλοπραγμων dici potest, qui alias φιλόδικος: quo morbo populus Atticus saepe notatur. Proprie vox est mediae significa- tionis, quae tamen de cive vix unquam valuit secus atque in reprehensionem et de animi vitio: negotiosum non possumus dicere, quippe qui bene merens et necessario negotiis

occupatus: sed licet *civem ardelionem*. Hi sunt, ita ab Aristotele appellati, οἱ πολιτικοὶ πολυπραγμονες, quales fere erant Athenis ῥήτορες et δημαγωγοί. Vid. Valcken. ad Eur. Hippol. 785. et Heind. ad Plat. Charm. §. 19. Scilicet πολυπραγμοσύνη vitium est eorum qui alienis negotiis moleste se ingerunt. Qualis vitii criminationem omnium maxime et facillime eum contrahere necesse est, praesertim in civitate magis indies consenscente moribusque ad mollitiem fluentibus, qui labentis infamiam rei publicae iustis et severis accusationibus punire vel corrigere studet: quo nomine mihi visum est semper iniquum illud ipsius Ciceronis iudicium de Lycurgo in Bruto c. 34. Illam politicam πολυπραγμοσύνην et φιλοπραγμοσύνην inter alia videtur spectasse Plutarchi libellus περὶ πολυπραγμοσύνης, de quo Gellius dicit N. Att. XI, c. 16 [qui voc. vertit *negotiositas*; melius Erasmus „De Curiositate. De hoc libello conf. Fabric. bibl. gr. ed. Harles. T. V. p. 162 et p. 188. Memorat praeterea Lamprias librum Plutarchi περὶ περιεργίας, quod est genus curiositatis ineptae atque inutilis, ut πολυπραγμοσύνη exitiosae ac molestae. FR.] Ceterum degenerem a consuetudine usum videre licet ex glossa Hesychii Φιλόπνευτος. φιλοπράγμων. Suidas melius Φιλόπνευτος. περιεργός. Facit ad illustrandum Demosthenis Olynth. II. p. 24, 23 στρατευόμενος καὶ πομπῶν ἐκεῖνος αὐτὸς ἡμῶν ψηφισομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται. HEINR. COMM. UBER.

Ibid. διασώζει τὴν δημοκρατίαν καὶ τὴν τῆς πόλεως εὐδαιμονίαν. Quem non habent Edd. articulum ante δημοκρατίαν, eum primus reposui ex Cod. Vrat. Infra §. 20 εἰάν δὲ μηδέτερον τούτων ποιῶσιν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῶν νόμων καὶ τῆς δημοκρατίας, §. 42 ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τοῦ δήμου σωτηρίας: quo quidem exemplo ille alter, qui mox redit ante τῆς πόλεως, non minus aforet recte. Xenoph. de rep. Ath. I, 4. ἐν αὐτῷ τούτῳ φανοῦνται τὴν δημοκρατίαν διασώζοντες, et ibid. οἱ μὲν γὰρ πένητες — τὴν δημοκρατίαν αὔξουσιν. Add. III, 1 et 8. Sed ut exempla haec articuli vim a me recepti [et ab omnibus deinceps editoribus comprobati FR.] satis ostendunt, sic utique fatendum est, eius addendi hic non tam magnam esse necessitatem: ut etiam infra §. 107 nihil mutarim in hoc, ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ τῆς ἐν τῇ πόλει εὐδαιμονίας. Nihilominus certum est, nullas fere esse, quas olim ferebant, ellipses articulorum, eosque, sicubi desunt, potius a librariis praetermissos, quam ab ipsis auctoribus. Conf. H. Stephan. App. de Dial. Att. p. 179. Ita saepe in sermone liberum est, vel ponere articulos, vel omittere, ut in nominibus propriis, ut in formulis quibusdam loquendi, denique tum quum res ipsa certam legem non praescribit. In talibus quidem momentum faciunt libri scripti consentientes: at isti si quando ipsi varietate rem efficiunt incertam ac dubiam, de inconstantia eorum conqueri interdum licet cum Editore Leptineae p. 322, nec semper licet tamen. Quae apud veteres tantum valuit lex aptae ac numerosae orationis, eadem lex et articulos saepe recepit, saepe exclusit. Idcirco sicubi alia nulla ratio suppeditat, adsunt aures profecto, quarum iudicium requiritur: qua de re verbo monuit, sed scienter, Was-



sius ad Thucyd. VI, 69, ubi tamen ἐν ταῖς ἄλλαις minime propter aures tantum legitur recte; atque plura lectu dignissima Taylorus ad Demosth. pro Cor. App. Reisk. p. 167. Ceterum quantum tribui huic normae debeat, ad cuiusvis characterem scriptoris existimari debet, et in tempore recordor Lycurgi τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν χωρὶς ἐπιμελείας, ex sententia Hermogenis non levi videlicet. HEINR. COMM. UBER. Quod reliquum est, verbo moneo, Heinrichium infra p. 79. §. 58 quanquam invitis libris ante πεντηκοστῆς articulum τῆς ex coniectura addidisse, adstipulantibus praeter Blumium Baitero et Sauppio, et recte quidem, quidquid Maetznerus contra dicit, quum res ipsa locique sententia articulum flagitent. Item p. 219. §. 117 Heinrich. τὴν articulum reposuit, nunc optimo codice A, qui praebet τὴν περὶ τῆς, confirmatum. Minus vero probandus p. 226. §. 128 ante εὐορκον ψῆφον articulus ab eodem Heinrichio uncinatus, quem quum libri exhibeant, tum exemplis plane similibus bene defendit Maetznerus. Conf. §. 13. εὐορκοτάτην τὴν ψῆφον, ubi I. Bekkerus articulum, qui nunquam abest ab hac locutione, ex coniectura edidit. FREUDENB.

P. 139. §. 5. *Λεωκράτην φηγόντα*. Scripsi *Λεωκράτη*, ob consonam sequentem. Post init. or. *Λεωκράτη δικαίως*, p. 234. — *τη καί*, p. 188 — *την, ὅς*, p. 155 — *την οὐ*, p. 151 — *την ἦ*, p. 222 — *τη, μή*, p. 231 — *την ἄδηλον*, p. 241 — *την ἀπολύσητε*, p. 239 — *την ἔστιν*, p. 242 — *τη* ante *a*, ubi rursus — *την* dedi. Novem locis *Λεωκράτην* et *Λεωκράτη* codd. hoc discrimine servarunt, ut *v* litteram ponant ante vocalem, omittant ante consonam. Aequalitatem hanc temeratam hoc loco et infra p. 242 nimirum restituo. Apparet enim, oratori *v* in his formis nihil aliud esse quam paragógicum (ἐφέλικτυστικόν), quod ipsum uno loco (p. 239 *Λεωκράτην*. *Τὰ γὰρ* — *v* ante *στιγμὴν τελείαν*) pronunciatur, ubi vox requiescit. Butt. gramm. gr. ampl. I. p. 210. Demetr. de Elocut. sect. 175 et ibi Schneid., Elmslei. ad Marklandi Supplices p. 221. ed. Lips., Herm. ad Soph. Col. 376. De accusativis *Σωκράτην* et *Σωκράτη* nihil aliud nunc dicam, quam valde mirari me, ferri hiatus, ut in principio statim Phaedonis (ed. Steph. p. 60) *Σωκράτη ἄρτι*, et adeo discordes fingi posse Xenophontem et Platonem, ut ne nomen quidem Socratis sui aequali lege usurpaverint; praesertim cum de eodem nomine ipsi veteres doceant: Demetrius de Eloc. l. c. euphoniae causa τὸ *v* ἐφέλικεσθαι Atticos ait *Δημοσθένην* dicentes et *Σωκράτην*, Grammaticus de Barbarismo ap. Valck. ad Ammonium p. 194: *βαρβαρίζουσιν οἱ λέγοντες Σωκράτην, Δημοσθένην* etc., Theodosius Bekk. Anecd. III, p. 979 *Ἀττικῶς Δημοσθένην*. Inconstantiae exempla in accusativis nominum huius generis praebet, rem ipsam contemnit Reizius ad Lucian. Vol. IX. p. 505. HEINR. CUR. POST. Sollemnem fere harum terminationum varietatem tetigit Baehrius ad Plutarch. Alcib. c. III. p. 72 et Bremius ad Demosth. Or. I. contr. Aphob. §. 16. *τὸν Δημοχάρη*. Dindorfius Introd. p. VII. contra Bekkerum, qui in Demosth. or. contr. Spud. p. 1023, 20 sqq. constanter edidit *Λεωκράτη*, *ην* terminationem defendit. Denique conferas Krueger.

gramm. gr. p. 55. §. 19, 1. qui nominum in — νης desinentium ην formam accusativi apud prosae certe orationis scriptores in codicibus frequentiore esse altera η, cetera huius generis nomina propria promiscue et in η et in ην terminari docet. Quod si norma, ab Heinrichio proposita, satis illa commendabilis viris graece doctis non improbabitur, ην forma in codicibus saepius oblitterata haud paucis scriptorum locis restituatur necesse est, ut Demosth. c. Spud. p. 1029, ubi codd. sine ulla varietate praebent τὸν Δεωκράτη ἄπερ; quod quidem erunt qui librorum fide nimis obstricti religioni habeant. FREUDENB.

P. 139. §. 6. — *ιδίους ἐχθροὺς εἶναι νομίζειν.* Infra p. 217 *κοινους ἐχθροὺς ἐνόμιζον εἶναι τῆς πόλεως*, p. 173, item p. 174. Contra ea p. 211 sine εἶναι. Aeschines in Ctesiph. p. 492 *τὸν αὐτὸν Ἀθηναίους φίλον καὶ ἐχθρὸν νομίζειν εἶναι*, ubi εἶναι pro spurio habent. Doctius iudicavit Wunderlichius p. 88 et Addend. p. 222. [De hoc Aeschinis loco conf. Scheib. Vind. Lysiac. Lips. 1845. p. 10, qui εἶναι item contra Dobreum defendit locosque similes adfert: Dinarch. or. I. contr. Demosth. §. 61, Aesch. or. I. in Timarch. §. 142 ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν εἶναι τάττομεν, ubi εἶναι iure suo etiam Bremius tuetur. FR.] Isocrates in Loch. p. 400. *Cor. καὶ κοινούς ἐχθροὺς νομίζειν sine εἶναι.* Idem de big. p. 350 *δικαίως ἂν αἰτίους νομίζοις*, ib. med. *τοὺς ἔχοντας τὴν πόλιν ἐχθροὺς ἐνόμιζον μᾶλλον* etc. Contra p. 401, v. 4 a fin. et p. 300; p. 219. *Ἑλένην αἰτίαν εἶναι ἐνομίζομεν.* Rursus sine εἶναι p. 357, v. 11, p. 370, v. 6. Hinc illud esse *proflteri* apud Cic. Vid. mea ad Muren. §. 28 [me iure consultum esse profitebor, ubi Ernestus esse delendum suspicatus est. FR.] Antiqua est haec loquendi ratio. Sic Homerus, *θώρηκά οἱ δῶκε ξεινήϊον εἶναι*, alia. Hermann. Vig. num. 20, Weiske Pleon. p. 98, Lobeck. ad Phrynich. p. 274, Bergler. ad Alciphron. init. HEINR. CUR. POST.

P. 140. §. 7. *τοὺς δημίους ἀγῶνας.* Vocem *δήμιος* poetarum esse credens Taylorus optabat *τοὺς δημοσίους ἀγ.*, idque plane approbavit Dorvillius ad Charit. p. 376, et Reiskius in contextum recepit. Sat ego video rationum, propter quas paene necessaria videri emendatio queat: utpote hic est communis usus scriptorum atque adeo ipsius Lycurgi, quem vide §. 31. Denique prorsus agnosco corruptionis facilitatem ex scripturae compendio; velut scripserunt alicubi *δήμιω*, quum deberent *δημοσίω*: vid. Taylor. ad Liban. Arg. Demosthenicae in Androt. p. 166, et quod nunc editur *τῷ δήμιω παρέδοτε* apud Lysiam c. Agor. p. 480 ex corrupto *τῷ δήμιω*, rectius erit *τῷ δημοσίω*, ut Lysias altero loco in Nicomach. p. 836 ult. Nec tamen propterea illud, quamvis rarissimum, delere volui, quoniam et Cod. Vrat. [ceterique omnes praeter unum Laurent. FR.] tuetur et analogia commendat. Ionicum voc. *δήμιος* fuit usitatius sine dubio in vetere sermone Attico: quo pertinent glossae complures Hesychii. *Δήμια*, *δημόσια*, et deinde *Δήμιον*, *κοινόν*, *δημόσιον*; item *Γράμμα δήμιον*, ἢ *διαθήκη*, quae glossa integra est.

Conf. Koen. ad Gregor. p. 265. Etiam δημιος Attice dicitur ὁ δημόσιος vel δημόκοιτος. Vid. praeter Hesych. v. Δημόκοιτος, Eustath. ad Odys. p. 1458, 14, p. 1858, 55 et alibi, Dorvill. ad Char. l. c. et p. 236, Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 43. [Add. imprimis Lobeck. ad Phrynich. p. 476, Brem. ad Demosth. Olynth. p. 23. FR.] Erunt fortasse Lexica adhuc inedita, quae hos δημιους ἀγωνας nobis melius confirment: ad quam fortunam interim reservabimus eos. HEINR. COMM. UBER. δημιους ἀγ. singulare exemplum pro δημοσίους. Infra §. 33 δακρύοις, poetici sermonis forma, quam tamen ex h. l. Lycurgi afferunt ad Thom. M. p. 198. IDEM CUR. POST. Bultmannus contra Ad-ditam ad gr. gr. ampl. II. p. 404 in graviore veterum Atticorum oratione δάκρυοι formam usurpatam esse dicit. Verum utramque formam perinde usitatam fuisse exemplis probaverunt L. Dindorfius ad H. Steph. Thes. I gr. s. v. et Maetznerus ad h. l. FREUDENB.

P. 140. §. 7. καθ' ὅσον ἄν — μέλλει. Sic Edd. et Mss., praeter Vratisl., in quo est μέλλη. [Immo libri a Bekkero collati in forma μέλλη consentiunt. FR.] Receptit hoc Osannus, alii exprobrans, quod vulgatam toleraverit. Verb. μέλλω, natura sua ita comparatum, ut enunciato fere eandem, quam ἄν part., vim impertiat, acquiescit saepius indicativo, ἄν excludens, raro in coniunctivo flectit verbum, ἄν adsciscens. Conf. de vi illa v. μέλλω Schaefer. Melet. p. 131. [Vide tamen Hermannum Opusc. Vol. IV, p. 59 et 65 cautius iudicantem praeceptumque Schaeferi corrigentem. FR.] Add. insigne exemplum Plat. Apol. c. 28: εἰ μὲν γὰρ ἦν χρήματα, ἐτιμωσάμην ἄν χρημάτων ὅσα ἐμέλλον ἐπίσειν, ubi bis dicitur deinde ἄν δυναίμην ἀποτίσαι. Itaque apud Homerum ut frequentissimus est usus v. μέλλω, eius bis tantum optativus reperitur, εἰ μέλλοιμεν, ὅτι μέλλοι, II. μ, 324, Od. λ, 596, nunquam coniunctivus, neque alterutri modo adiuncta particula. Ipsi Attici quomodo evitare studeant coniunctivum h. v. cum hoc partic. ponendum, exempla docent huiusmodi: Aristoph. Nub. Herm. 472 ὅ,τι περ μέλλεις (διδάσκειν), 1071 ἡδονῶν θ' ὅσων μέλλεις ἀποστερεῖσθαι. Tamen idem Ran. 11 ὅταν μέλλω ἔξεμῆν, Isocrat. p. 24. Lang. v. 10 περὶ ὧν ἄν σοι μέλλη συνοίσειν. Cf. in scripto iunioris Isocratis p. 11 med. et 12 ext. Sed hac constructione totos pulo scriptores omnino abstinere. Ut Lycurgo eam concesserim, tamen alienis locis tam saepe librarii ἄν admiscuerunt, ut satius sit ἄν delere, quod vel sic rarissimum est post καθ' ὅσον, et illud μέλλη unius Ms. correctori relinquere. Hanc viam praetuli ut verisimillimam [In ed. suae margine adscripsit „ἄν fort. delendum“ FR.] Ceterum ἄν ab indicativo minime disiungo, Reisigii nuperam eruditamque contentionem, qua contrarium vinceret, non ignorans. Grammatici quae rarius viderent tempora cum part. ἄν usurpari, ea tempora particulae prorsus ab-iudicabant. Ita Bekkerianus ille p. 126 cum futuro ἄν poni vetat, antiquis tamen, ut Isocrati et Demostheni, permittit; id quod nihil est quam fateri, falsam esse regulam. Et de futuro nemo iam dubitat. Praesens Porsó cum alias, tum in Advers. p. 225 negat ἄν adiunctum habere posse; sed concedit Coraius et Isocrati tribuit Σημ. p. 76 (cf. Orell.



ad or. de Permut. p. 215), concedit item Hermannus ad Vig. ed. II. p. 819 sq. et ἦκε γὰρ ἄν in Aiace defendit v. 185, citans Matth. Gr. gr. §. 598. [At nunc idem magnam eiusmodi exemplorum partem corruptam esse, totumque hoc genus vix inveniri ait, „nisi quum consociatur quidem part. ἄν praesentis indicativo, sed non ut constructa cum eo censenda sit,“ vid. Hermann. Opusc. I. I. p. 38 sqq. Hartung. part. graec. p. II. p. 309 et Kuehner. Gr. gr. II. §. 454. a. not. 1 FR.] Et Seidlerus in El. Eurip. ὄρᾱς ἄν αὐ σὺ v. 1116 timet mutare propter formulam οὐκ οἶδ' ἄν in Alcestide Medaeque et propter locos a Matth. coll. I. c. [Eurip. versum egregia emendatione sanavit Faesius: ὄρᾱς; ἄν' αὐ σὺ ζωπυρεῖς ἄλγη νέα, probante Hermanno I. I. FR.] Est etiam Aeschyl. Prom. 35: ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἄν νέον κρατεῖ, ubi quid Blomfieldius agat, nescio. Nam idem mihi accidit, quod Reisigio: Blomfieldii scripta non expeto. Sed de formula οὐκ οἶδ' ἄν quae post alios restant dicenda, dicam alio loco. HEINR. CUR. POST. Vid. ad p. 208. FREUD.

P. 141. §. 9. διὰ τὸ μὴ — γεγενῆσθαι, μήτε —. Notandum hoc exemplum, in quo, μὴ praegresso, sequitur μήτε, quod sunt qui fieri posse negent. Sed adiunctiva seu annexiva est τε part., et sensus est: non tale antea fuerat commissum, neque etiam etc. Isocr. Pan. c. 19 εἰ δὲ μὴ ποτε τοῦτο γέγονε, μὴθ' οἰόντέ ἐστιν. Totum hunc locum subtilioris grammaticae nova et insigni doctrina enucleate copioseque tractavit Hermannus in censura Medae ab Elmsleio editae, Class. Journ., Vol. XIX. inprim. p. 278 sq. [Conf. eundem ad Soph. Oed. Col. 497, ad Elmsl. Med. v. 4 sq. p. 334. ed. Lips. FR]. Poterat μήτε — μήτε, poterat μὴ — μηδὲ diversa sermonis conformatione. Nam ad formam redit magna pars huius discriminis. HEINR. IN MARG. Baiterus ad h. I. μὴ — μήτε recte dici posse negat, revocans quae annotaverit ad Isocr. Pan. §. 102, ubi Bekkerus ex uno codice pro μήποτε recepit μήτε. Etiam Frankius in censura editionis a Maetznero curatae I. c. p. 65 sq. hunc dicendi usum abiudicavit a Lycurgo; verum tot huius generis exempla inveniuntur etiam in prosa oratione, ut temerarium sit invitis libris corrigere omnia. Nec Bekkerus tentavit locum Lysiae pro Mantith. §. 3 οὐχ' ἵππευον οὐτ' ἐπεδήμουν, neque Isocr. Panath. §. 9 τὴν δὲ φύσιν εἰδὼς — πρὸς δὲ τοὺς λόγους οὐ τελείαν οὐτε παντάχῃ χρησίμην. Plura exempla suppeditavit Maetznerus ad h. I., et ad Antiph. Tetral. III. δ. §. 8. p. 195. FREUDENB.

Ibid. ἐπίδοξον εἶναι γενήσεσθαι. Vulgo corrupte γεγενῆσθαι, sicque Vrat. et Ven. [ceterique libri mss. FR.] Reiskio placuit ἄν γενήσεσθαι, quod Augerus in textu posuit; Lobeckio ad Phryn. p. 133 γενέσθαι sine part. ἄν, rationemque addit, „hoc adiectivum saepe aoristo coniungi in significatione futuri,“ exempla ex scriptoribus diversissimorum generum et aetatum, ad Annam usque Comnenam, permiscens. Verum sic nihil agitur: certis conditionibus regitur usus infinitivi vel aoristi, vel futuri, vel praesentis; quas conditiones nuper Hermannus docuit in egregia censura Medae ab Elmsleio editae I. c.

p. 413. Nam „aoristi infinitivus de re exigui temporis eaque instante usurpatur; futuri de re diuturniore vel olim futura; praesentis de re praesenti aut praesens complexa.“ Quare summa ultimi Parergi Phrynichiani, qua „conceditur cuilibet uni, ut de singulis locis, in quibus vel futurum aoristo vel aoristus futuro praestare videatur, tantum suspicetur, quantum velit“, contenti minime esse possumus. In hoc loco Lycurgi et ratio ipsa respuit aoristum, et futurum maior lex postulat, cum futurum tempus opponatur praesenti: *διὰ τὸ μὴ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι τοιοῦτον μηδὲν, μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι γενήσεσθαι.* Et uni, quod vir iste affert, exemplo Isocratis ex Archidamo: *ἐπίδοξος ὧν τυχεῖν* duo obstant ipsi praetermissa eiusdem scriptoris, Areop. p. 147, 12. Cor. *τοὺς ἐπίδοξους ἀμαρτήσεσθαι*, et in Lochit. p. 399, 5 a fin. *τοὺς ἐπίδοξους γενήσεσθαι πονηροῦς.* Quibus tertium accedat in verbo *ἐπιίξιν*, nihil plane hinc differente, quod vim futuri planissime demonstrat. Panath. p. 277, 14: *ἐπιίξουσιν αὐτοὺς οὐκ εὐεργέτας γενήσεσθαι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ κακῶς ποιεῖν μάλιστα δυνήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας:* ubi corruptum *γεγενῆσθαι* codices item habebant, correctum id primum a Steph. [et a Bekkero ex Urbin. receptum. FR.] Denique Valckenarius ipsum *γενήσεσθαι* hic probat ad Herod. IV, 11, p. 286. Ceterum hic etiam prosunt, quae de usu infinitivorum futuri temporis utilissime congescit Schaeferus ad Theogn. v. 187. HEINR. CUR. POST. Infinitivum futuri *γενήσεσθαι* sine part. ἄν, quam perperam retinuit Bekkerus, praeter Blumium etiam recepit Maetznerus, contra ea Schaubius et Baïterus, eosque qui secuti sunt Halmius (Gel. Anz. d. Bayer. Acad. 1836 p. 653) et Hermannus in Zimmerm. diar. litt. antiq. l. c. p. 598, *γεγενῆσθαι* librorum lectionem delendam et *γενήσεσθαι* ex iis quae praecedunt *ἐν τοῖς μέλλουσιν* facile posse cogitatione suppleri statuunt. Verum ut lubenter concedo, ad verbum *μέλλω* nonnunquam ex antecedentibus eliciendum esse infinitivum sive futuri sive aoristi, ita longe aliam nostri loci rationem esse atque eorum, quos attulit Baïterus, fidenter aio. Neque enim cum *γενήσεσθαι* iungenda sunt verba *ἐν τοῖς μέλλουσιν*, sed apta sunt ab *ἐπίδοξον εἶναι*, id quod recte vidit Heinrichius nuperque Weichertus Quaest. Lycurg. spec. in progr. Vratislav. Gym. Elisab. a. 1844 p. 26 animadvertit. Atque ut omissi post *ἐπίδοξος* infinitivi exempla apud scriptores Atticos inveniuntur, verendum est magnopere, nisi forte huc trahis quae ex seriore aetate notavit L. Dindorfius ad H. Steph. Thes. l. gr. s. v. Plutarch. Arat. c. 50, Mar. c. 30, et Appian. Civ. I, 32: *Μεμμόν δ' ὄντος ἐπίδοξότερον παρὰ πολὺ*, ubi ex antecedentibus intellige *αἰρεθῆναι*. Restat, ut paucis attingam miram sane et inauditam rationem, qua idem Weichert. l. c. corruptum illud alterum *γεγενῆσθαι* probum esse monstrare conatus est. Is enim verba *ἐν τοῖς μέλλουσιν* non pro *ἐν τοῖς χρόνοις, οἳ μέλλουσιν εἶναι*, ut intellexerunt adhuc omnes, sed pro *ἐν τ. χρόνοις, οἳ ἤμελλον εἶναι* dicta, et ad tempora praeterita, „quae ex ipsa illorum temporum conditione eventura necesse erat,“ referenda esse sibi persuasit, ut totius loci haec esset sententia: „Quod autem praetermissa fuit tantorum facinorum poena, factum est, iudices, non socordia eorum, qui leges posue-

runt, sed quod prioribus temporibus tale quid perpetratum non esset, neque iis, quae instarent temporibus esset suspicio tale quid commissum esse.<sup>40</sup> Longum est argutam molestamque viri docti argumentationem repetere singulatimque refutare, cuius quidem summa in eo posita est, ut verbo μέλλω, quod et absolutam et relativam significationem habeat, hanc vindicare studeat, neque oratorem „et praeterita et futura tempora, sed praeterita tantum in animo habuisse“ efficiat. At vero utcumque haec verba torques verasque, aptam commodamque sententiam non poteris elicere, nisi de tempore futuro intellexeris, quod faciunt ad unum omnes interpretes. Idque flagitat et structura verbi ἐπίδοξος et propria vis ac natura, quae cum in sperandis vel metuendis rebus futuris cernatur, non mirum est, quod futuri infinitivos, seu aoristi praesentisve adsciscit, excludit perfecti temporis. Quare γεγενῆσθαι nullo pacto ferendum est. Neque iis quae a verborum sententia petiit argumentis Weichertus quidquam ad rem probandam effecit. Ait enim p. 27, „quum appareat, voluisse oratorem defendere leges et vindicare a socordiae ac negligentiae opprobrio, illam negligentiae vituperationem non removeri ab eo, qui existimet tantam offusam fuisse legislatorum animis caliginem, ut arbitrarentur nunquam posterioribus temporibus futurum esse, quod prioribus factum non fuisset.“ Quasi vero priscae aetatis hominibus illud opprobrio sit vertendum, quod pro sua morum simplicitate et castitate tam nefaria scelera ne animo quidem conceperint, ac non potius in summis laudibus ponendum. Ne plura, eandem sententiam in simili causa protulit Lysias in Philonem §. 27., et Cicero in loco illo clarissimo Roscianae c. 25, §. 70. FREUDENB.

Ibid. ὅσα δὲ μὴ σφάδρα — ὁμοίως ἔνοχος ἐστίν. Primus hic locus ex impeditio-  
ribus, quem prorsus explanare difficile est, praesertim quum nihil differat in eo Cod. a  
me adhibitus a vulgaribus libris. Reiskius universe sententiam perspexit, sed exemplo,  
quod confingit ad locum expediendum res parum illustratur ad praesentem causam ac-  
commodate. Imo lex erat quidem Athenis περὶ προδοσίας, sed quae minime exaequabat  
tantam culpae immanitatem multitudinemque delictorum. Nam lex unam tantum proditi-  
onem (ἐν ὄνομα) continebat discrete, eamque ita definitam, si quis custodiae, classi,  
castello praefectus esset. Quale facinus quoniam non commiserat reus, at ex eodem  
genere culpa multo graviore tenebatur: hoc vult actor, ut novum crimen ex similitudine  
diudicaretur, sicque pro gravitate delicti et legis interpretatio et irrogatio poenae fiat.  
Ita argumentatur Lycurgus exemplo Lysiae or. in Philon. p. 886 R. sq.; qui quidem  
locus in causa huic nostro persimilis est cum eoque comparandus totus. Haec autem  
utriusque Oratoris notabilia sunt loca de eo, quod in iuris interpretatione Latine dici-  
tur *dilatare legem*, quamque vulgo scriptores iuris dicere solent *extensionem* legum,  
sive interpretationem *extensivam*: cuius legitimae interpretationis exempla graeca vetu-  
stiora Romanis etsi doctores illi non curant, ea utiliter comparaverit tamen, qui inte-



rius cognoscere rationem cupiat. Verum sunt reliqua nonnulla de verbis lectioneque huius loci. Reiskius non contentus vocabulo *σφόδρα*, addendum aliquid putat, ut *σφόδρα ἀκριβολογούμενος*, aut *διαιρούμενος*: quae glossa fuerit bona, non emendatio lectionis; et mihi satisfacit haec interpretatio Latina: *quaecunque autem non admodum comprehendit*, etc. Alius dixisset *μη σαφῶς, μη διασφῆδην*. Potius illud quaeri possit, annon vox πάντα deficiat propter sententiam et linguam. Aeschines contra Tim. p. 41: *ὅς (νόμος) ἐνὶ κεφαλαίῳ πάντα τὰ τοιαῦτα συλλαβῶν ἔχει*; Plat. Theaet. p. 147 D. *ἡμῖν οὖν εἰσῆλθέ τι τοιοῦτον, ἐπειδὴ ἀπειροὶ τὸ πλῆθος αἱ δυνάμεις ἐφαίνοντο, πειραθῆναι συλλαβεῖν ὅτι πάσας ταύτας προσαγορεύσομεν τὰς δυνάμεις*, et p. 148 D. Ac vidi postea Reiskium per Curas poster. Vol. VIII p. 455 in hoc ipso adhaerentem voluisse legere *ἐνὶ ὀνόματι πάντα προσαγορεύσας*. At vero intelligendum est, hoc supplementi non modo inutiliter addi, sed falso. Nam quum ὅσος sit *omnis qui*, dicitur recte et satis crebro πάντα ὅσα, et Latine *omnia quaecunque*, non tamen hic melius esset ὅσα δὲ *μη περιεληφεν ἐνὶ ὀνόματι πάντα*, quam si Latine *quaecunque non omnia*. Scilicet ad rem prorsus sufficit ὅσα, et breviter dictum est ὅσα δὲ pro *ἐν ἐκείνοις δὲ πᾶσιν ἀδικήμασιν, ὅσα κ. τ. λ.* [Vide tamen Demosth. Midian. p. 3: ὅσα —, πάντα. FR.] *μειζῶ δὲ —, ἅπασι δέ*. Sic recte. V. Lysiae p. 869. l. 4 sq. *ἐγὼ δὲ —, ἔνεστι δέ —*. Lycurgus ipse p. 141 *μη βοηθήσαντα δὲ —, ἐγκαταλιπόντα δὲ etc.*; p. 157 *σιτηγήσαντα δέ —, μη φροντίσαντα δέ —*; p. 165 *ὀρθῆ δὲ ἦν etc.*; p. 177 *κατεψήφισται δέ, etc.* [Conf. de part. δὲ repetita Maetzn. ad p. 141, §. 8. et Hartung. de part. gr. I, p. 168. §. 7. FR.] — *τούτων* intell. *τῶν προσαγορευθέντων ἐν τῷ νόμῳ*. [Manu secunda additum: „Potius τούτων, i. e. ἐνὸς ὀνόματος.“ At τούτων minime est tentandum; vera est prior interpretatio, quam fere probant Pinzgerus et Maetzn. qui explicant τῶν ἐνὶ ὀνόματι προσαγορευθέντων. FR.] Mox ἅπασι δὲ *ὁμοίως ἐνοχός ἐστιν*, quum nequeant aliorum referri quam ad *ἀδικήματα*, parum dilucide dicuntur: quanquam intelligi debent crimina ista omnia, quae lex non complectitur uno nomine suo, ὅσα τῶν *ἀδ. νόμος μη περιεληφεν*. In libro Venet. levis varietas *ὁμοίως*, unde coniciat aliquis *ὁμοίως*. [Alter. manu adscript. Heinr. „Sic legendum;“ eamque lectionem in textum receptam in schedula adhuc servata ita tuetur, ut sit Leocrates omnibus illis delictis obnoxius, quae cum eius fuga ac desertione urbis coniuncta atque cognata, i. e. *ὁμοῖα* sint. Qua correctione eo facilius possumus carere, quod nec dubium est, quo ἅπασι pertineat, et ὁμοίως vocabulo πᾶς adiectum genus est dicendi apud Graecos haud infrequens. Conf. infra p. 183, §. 65: ὁμοίως ἐπὶ πᾶσιν — *παρὰ νομῆσιν θάνατον ὄρισαν εἶναι τὴν ζήμιαν*, et exempla quae ad h. l. congressit Maetzn. FR.] Sic de eadem dilatandi iuris ratione Icti in Digestis: L. 12. de Legg. „Non possunt omnes articuli sigillatim aut legibus aut senatusconsultis comprehendi: sed quum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni praestet, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet;“ et iterum ibid. L. 27. „semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas et ad

eas res pertineant, quae quandoque similes erunt,“ ubi, ne ineptum sit illud *quasi*, pro-  
*inesse* legendum censeo *innatum esse*.“ [Hac correctione minime opus est: *quasi* oppo-  
 situm est vocabulo *proprie*, cuius usus exempla vide apud Dirksen. Manual. latinit. font.  
 iur. civ. Roman. sub voc. *quasi*. FR.] Denique L. 34, §. 7 de Contrah. Emt. „Tutor  
 rem pupilli emere non potest: idemque porrigendum est ad similia, id est, ad curato-  
 res,“ etc. HEINR. COMM. UBER.

P. 144, §. 13. [Ἀδύνατον γὰρ ἔστιν ἄνευ τοῦ λόγου, μὴ δικαίως δεδιδαγμένους,  
 δικαίαν θέσθαι τὴν ψῆφον.] Putavi aliquando excidisse *δικαίου* ante τοῦ λόγου, et verba  
 μὴ δικ. δεδιδαγμένους illorum explicandi causa allita fuisse, moxque confusa cum ora-  
 tione auctoris. Sed tota haec ἤησις spuria sine dubio. HEINR. CUR. POST. Postea in  
 editionis suae ora litura, quam etiam Bekkerus probavit, retractata, ad id rediit, quod olim  
 coniecerat \*δικαίου.\* Quae quidem coniectura, si sententiam spectas, haud parum  
 commendatur: sic enim in huius loci clausula, qui totus est de pravo accusatorum more  
 res ad causam non pertinentes sycophantarum modo immiscendi (ἔξω τοῦ πράγματος  
 λέγειν), iustus ac legitimus accusandi modus, δίκαιος ὁ λόγος, quam paulo ante dixit  
 δικαίαν τὴν κατηγορίαν cum vi quadam effertur iteraturque. Nec tamen hanc loci im-  
 peditioris sanandi rationem, utpote audaciorem et quae librorum fidem parum curet,  
 probaverim. Quo quidem nomine facillior est medela, quam adhibuit Maetznerus, qui ex  
 coniectura in textu posuit ἀπὸ τοῦ λόγου, et haec verba non a proximis μὴ δικ. δεδ.,  
 sed a δικαίαν θέσθαι τὴν ψῆφον apta esse vult; verum ista repugnat grammaticorum  
 legibus, quae ut verba ἀπὸ τοῦ λόγου cum proxime subsequentibus coniungantur, si quid  
 video, flagitant. Conf. etiam Frankius l. c. p. 66, qui coniecturam, quam proposuit Her-  
 mannus ad Soph. Antig. ed. III. p. XIV „ἄνευ τοῦ ἀλόγου, i. e. ne commemorem ab-  
 surdum esse,“ probatam illam a Baistero et Sauppio et ipse tuetur contra argutas Maetz-  
 neri argumentationes. Qua in coniectura, ut facillima et ad sententiam satis accom-  
 modata, acquiescendum esse equidem puto. De vi part. ἄνευ „praeterquam quod“ conf.  
 Schaef. Appar. ad Dem. T. II. p. 130: „ἄνευ non excludit, sed una quoque complecti-  
 tur.“ FREUDENB.

P. 147, §. 16. Δέομαι — ἀκοῦσαι —, καὶ μὴ ἄχθεσθε —, ἀλλὰ — ὀργίζεσθε  
 Deducere orationem per infinitivum aliorum est: Lycurgi hoc, et ad eius dicendi genus  
 (τραχύντητα) aptissimum. Ac mihi ad vim sermonis conversa praestare videtur oratio:  
 καὶ μὴ ἄχθεσθε —, ἀλλὰ — ὀργίζεσθε. HEINR. IN MARG. At vero quum infra quoque  
 p. 173, §. 46 orator dixerit — ἀκοῦσαι δέομαι καὶ μὴ νομιζέιν, haud temere a fide li-  
 brorum mss. discedendum est, qui in scriptura ἄχθεσθαι conspirant. Nec tamen ὀρ-  
 γίζεσθε imperativum, receptum illum iam a Melanthono, spernendum esse crediderim, ut  
 qui a duobus codicibus exhibeatur, pro quo perperam in aliis legitur coniunctivus ὀρ-  
 γίζεσθε. FREUDENB.

P. 148. §. 17. *Λεωκράτης — ὄχρειο φένγων, οὔτε — ἐλεῶν, οὔτε αἰσχυνόμενος, οὔτε τὴν ἀκρόπολιν — ἀφορῶν καὶ προδιδούς ἐφοβήθη.* Videri haec possunt minus apte coniuncta cum superioribus meliusque cum illis copulari, si continuatur per participia oratio, hunc fere in modum: *οὔτε τὴν ἀκρόπολιν — φοβούμενος, οὗς κ. τ. λ.* Qua quidem ex parte non vana est Editoris Brunovicensis dubitatio, sed prorsus irritum tamen periculum lectionis refingendae. Si οὐδὲ scribatur, sentis crescere *δεινότητα* orationis hac ipsa novae periodi ingressione. HEINR. COMM. PERPET. Cui quidem correctioni calculum addiderunt Halmius Act. Mon. IV, 1. p. 131, et Sauppius, qui locum ita interpretatur: „neque timuit ille spectans et prodens, i. e. qui quanquam spectabat, prodere tamen ausus est.“ Contra ea I. Bekkerus Heinrichii coniecturam loco perpurgando sufficere negat, atque G. Hermannus in censura, quam supra laudavi, p. 598sq. *ἐφοβήθη*, ut ex librariorum structuram explicandi studio profectum in *φοβηθεὶς* commutandum esse suspicatur. Denique, ne quid taceam, Heinrichius ad editionis suae oram notavit: „*ἐφοβήθη* fortasse delendum.“ Ut quid sentiam ipse, proferam, quod Heinrichius olim coniecit οὐδὲ utique probandum esse censeo. Idemque nunc video placuisse Frankio in censura ed. Maetznerianae l. c. p. 67, qui οὐδὲ propter structuram immutatam et necessarium esse ait, et ad sententiae vim augendam accommodatius, quam si dictum esset *ἀφορῶν καὶ προδιδούς φοβηθεὶς*. Quod hac emendatione admissa *ἀνακολουθία* quaedam, ex qua a participio transitus fit ad verbum finitum, haud evitatur, non est cur offendas, quum hoc *ἀνακολουθίας* genus satis frequentatum sit. Adeas Bernhard. Synt. gr. p. 473 et Hermann. Opusc. Vol. I, 235, Schaefer. App. in Dem. T. II. p. 75. Similis structura apud Lys. or. 7 de ol. sacr. §. 27 male habuit interpretes, de quo loco vide, sis, quae annotavit Scheib. Vind. Lys. p. VII. FREUDENB.

P. 150. §. 19. *ὥς καὶ μεγάλα καὶ βλάβους εἶη τῆς πεντεκοστῆς μετέχων αὐτοῖς.* Sic vulg. et Vrat., nisi quod in hoc extat *τὴν πεντεκοστὴν μ. α.*, haud insolita quidem verbi structura, Steph. Thes. v. *μετέχω*, Matth. gr. p. 484. n. 2, sed Nostro non usitata. Inf. p. 179, §. 58 \**τῆς*\* *πεντηκοστῆς μετέχων*. Ob verbum *κατηγορεῖν* rem apud iudices actam putavit Taylorus, aperto errore, quem festinantius sequitur Boeckhius in libro praeclaro Die Staatshaushaltung der Athener I, p. 360. not. 136. Privata haec actio esset *βλάβους δίκη*, [quae poterat intendi in publicanum, qui sociorum fidem fefellisset, de quo genere vid. Meier. et Schoemann. de Ord. Iud. p. 537, Meier. de caus. attic. p. 537, et Maetzner. ad h. l. FR.] at *κατηγορίαι* sunt publicae actiones. Phycinus *ἐν τῷ δήμῳ* conqueritur de homine absente videlicet, quod fuga sua tum publice multa in civitatem commiserit, tum privatim multis damnum dederit, vectigalis cum ipsis particeps. Ita *κατηγορεῖν* et *κατηγορία* accusationis verba in causis publicis improprie saepe dicuntur. Corai. ad Isocr. p. 252, ut Latini conquestionem dicunt diversam ab accusatione. Cum *βλάβους* habeant Mss. dixit socios petituos ab ipso, ni abesset, *τὸ βλάβος*, multam. Non Tayloro, nec



Reiskio bene cessit correctio, re non perspecta. Et verba, uti exstant, singula integra quidem puto, sed, pluribus verbis forte extritis, olim lacunae extiterunt, quarum spatia posthac confusa recte restituisse mihi videor sic fere: *ὡς καὶ μεγάλα \*τὴν πόλιν κοινῇ πᾶσαν ἠδίκηκε\**, καὶ *\*ιδίᾳ πολλοῖς\** βλάβους *\*ἄξιός\** εἶη, τῆς πεντηκοστῆς μετ. αὐτοῖς. Forma *ἠδίκηκε* legitur etiam p. 189 *ὑμᾶς ἠδίκηκεν*; de structura *ὡς ἠδίκηκε*, καὶ εἶη conf. Matth. gr. gr. p. 710 [§. 519, p. 997 ed. alt. FR.]; id. in Miscell. II, 1 p. 53 sq. Proba locutio *ἄξιον εἶναι τινὶ τινός*, atque obvia statim in limine Xenoph. Mem. Socr. *ὡς ἄξιός εἶη θανάτου τῇ πόλει*; conf. I, 2, 62. Cuius constructionem simul et vim in utramque partem satis Steph. docet v. *ἄξιός*, illam superflue exemplis circumvallant Porsonus ad Hecub. 313, Monk. ad Alcest. 445. Reliquis, quae supplevi, fidem faciet Lysias persimili loco in Agorat. p. 448, 3. Sic re explicata, hoc quod in prima emendatione periculum dixi instaurandi huius loci, iam apparebit, quam parum sit periculosum. HEINR. CUR. POST. Heinrichii ratio, qua hunc locum conclamatum conatus est persanare, haud dubie ingeniosa et ad loci sententiam satis accommodata, nec tamen ea dicenda est, in qua possis fidenter acquiescere. Totus enim locus, neglecta librorum fide, in quibus liturae vestigia nulla appareant, audentius refectus est ex simili loco Lysiae, quem nimirum Heinrichius oratoris animo obversatum esse crederet. Ac sane potuit ita scribere Lycurgus; verum si libeat hoc modo criticam exercere, quis modus sit licentiae suspicandi coniectandique speciosa omnia ac splendida, sed quae pro veris habere leges criticae prohibeant. Leviori ratione locum persanari posse Hermannus censuit I. c. p. 599, si pro *καὶ βλάβους* legeretur *καταβλαβεῖς*, in quod et ipse ante inciderat Reiskius, qui praeterea post *ὡς* voc. *πολλὰ* addendum putavit, et post eum Osannus, qui de forma *βλαβεῖς* conferri iubet interpret. ad Moer. p. 106 et Lobeck. ad Phrynich. 317 sq. Verum etiam hac correctione admissa haud immerito offendas et in *καὶ* voci *μεγάλα* subiecto, quod, num h. l. augendi vim habeat, ut *καὶ μάλα*, καὶ *μάλιστα*, καὶ *πάνο*, admodum dubito, et in addito *αὐτοῖς*, quod quo referatur in dubio relinquitur, nisi cum Osanno ex praemisso *τῆς πεντηκοστῆς* nomine eius socios, qui proprie appellantur *πεντηκοστολόγοι*, intelligi statueris. Quod quidem vereor, ut recte fieri possit. Sensit hoc ipsum Hermannus, quum teste Frankio I. c. p. 67 olim corrigere vellet, *ὡς καὶ μεγ. καταβλαβεῖς εἶη τὴν πεντηκοστὴν μετέχων αὐτῆς*. Verum si *αὐτοῖς* tentari oportet, cum Taylora corrigi utique maluerim *τῆς πεντηκοστῆς μετέχων αὐτῶ*, quod, ut recte iungitur cum *μετέχων*, ita haud incommode coniungas cum *καταβλαβεῖς εἶη*, „quod ingens ab illo damnum illatum sit sibi.“ Sed in tantis huius loci salebris equidem *ἐπέχω*, donec fortasse novorum codicum ope pervetusta labes, quam hic locus traxit, persanari queat. FREUDENB. P. 156, §. 26. *νομίμων [οὔτε] παρῶν, οὔτε ἱερῶν*. Mirum discrimen inter *παρῶν* et *ἱερῶν*, aut si mavis inter *νόμιμα* et *παρῶν*. An vero sic absolute alibi dicitur

τὰ πατρίδα? Nam videtur hoc loco de patria dici. Infra §. 27 μὴ φροντίσαντα δὲ μήτε ἱερῶν μήτε πατρίδος μήτε νόμων, §. 35 προδότης τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν νόμων. [Adde §. 149 καὶ τῇ πατρίδι βοηθῶν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς νόμοις. FR.] Igitur aut hic quoque οὔτε πατρίδος legendum puto, aut, quod forsitan praestabit, deleto οὔτε, contrahendum, οὔτε νομίμων πατρίων, οὔτε ἱερῶν φροντίσας. §. 8 τοῖς πατρίοις ἱεροῖς; §. 27 ἱερά τὰ πατρίδα; §. 59 τῶν πατρίων νομίμων. Idemque postea vidi Reiskio in Curis posterioribus placuisse. HEINR. COMM. PERP. Possis aequè: οὔτε νομίμων, οὔτε πατρίων [οὔτε] ἱερῶν, ut paullo ante: τῶν πατρ. ἱερῶν etc. IDEM CUR. POST. Hanc Heinrichii emendationem, quam Bekkerus, Pinzgerus, alii, necessariam esse duxerunt, nuper Baierus et Sauppius et in Lycurgi reliquiis a. 1834 editis, et in editione maiore a. 1840, in dubium revocarunt, vulgataeque tuerentur collatis §§. 27. 35. 149. Idem fecit Frankius l. c. p. 68; at vellem viri docti vocis πατρίδα ita usurpatae vel unum exemplum monstrassent. Neque vero Hermannus, qui in cens. l. c. p. 600 coniecturam approbat in graeca societate Lipsiensi prolata; οὔτε νομ. οὔτε ἱερῶν πατρίων οὔτε ἱερ. φρ., collato loco §. 25 adsentiri possum: sic enim, quum uni ex tribus adiectivis substantivum additum sit, cetera eo careant, orationis concinnitatem turbari in aperto est. Quare isto supplemento facile carebimus atque ulcus, quod hic locus contraxit, leviori unius voculae omissae medicina ab Heinrichio curatum esse libenter fatebimur. Extat inter schedas Heinrichii uberrima de discrimine inter πατρίος, πάτριος et πατρικός annotatio, quae brevitate causa mihi omittenda est. De hac re conf. Hermann. in censura Medae Elmsleianae Classic. Journal Vol. XXI. p. 356. et Additam: ad Steph. Thes. sub γ. πάτριος. FREUDENB.

P. 156, §. 26. ἐκ τῆς Ἠπειροῦ — εἰς Ἑλλάδα ἐπιτήγει καὶ ἐκεῖθεν εἰς Κόρινθον. Libri Ἑλλάδα [codd. A B Λευκάδα FR.] Reiskii coniectura Λευκάδα ingeniosa et paene necessaria, quoniam haud decet oratorem in gravissima causa indefinita ista Helladis significatio, et ipsa ratio itineris frumentariae mercaturae Leucadem maxime postulare videtur. HEINR. COMM. PERP.

P. 159, §. 29. τὸν τῶν [πάντων] συνειδῶτων ἔλεγχον — Novam et inauditam plane structuram, πάντων συνειδέσθαι, ex hoc loco finxit Kuehner. Grammaticae suae §. 530, unus τῶν προσποιουμένων πλέον τι ἐπίστασθαι. (Conf. Lobeck. Aglaoph. p. 1233. not. a.) HEINR. IN MARG. Eandem, quam Kuehnerus, huius loci, qui criticorum ingenium valde exercuit, expediendi viam nuper ingressus est Maetznerus, qui ut probaret συνειδέσθαι verbum genitivum posse assumere, locum attulit Demosth. in Theocr. §. 55 ἵνα μὴ δοκῆτε αὐτὸν πρόως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις φέρειν καὶ συνειδέσθαι τοῖσι τῶν πράττονσιν. At vereor quam maxime, ut hoc loco, de cuius scriptura iure adhuc dubitatur, structura ista apud graecos scriptores plane insolita confirmari possit. Reiskius enim ad h. L.

haec habet: „μηδὲ συνειδέναί τι τούτων August. primus, a quo absunt verba ὧν πρώτων σουσι,“ ac Schaeferus graecitatis unus omnium maxime gnarus adnotavit. „τι additum satis placet.“ Itaque Baiterus et Sauppius ad aliam rationem confugerunt, ut loco haud parum impedito consulerent hac interpretatione: „qui eorum qui omnia sciunt testificationem refugit,“ ita ut ὁ συνειδώς cum idem sit quod ὁ συνίστωρ genitivum regat. Participii sic usurpati exempla posuisse aiunt Graserum Advers. in Plat. p. 89 sq. Addi poterant Bernhardy. Synt. gr. p. 316, et Matth. Gr. §. 375. n. 1 et §. 570, uti plura huius dicendi usus exempla afferuntur Thucydidea. At vero quum hoc ἰδίωμα nusquam fere inveniatur apud oratores Atticos, si exceperis Demosthenica illa de cor. p. 235, 20 τὸ τῆς πόλεως συμφέρον, ib. p. 234, 25 τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως (conf. Schaefer. App. ad Dem. T. II, p. 63), ne Lycurgo quidem temere debet attribui. Quae cum ita sint, loco labe affecto opus est medela, nec tamen graviori illa, quam adhibuit Heinrichius, sed leviori, quam commendavit Hermannus l. c. p. 600. Is enim vel cum Alberto Doberenz. τὸν πάντα συνειδῶτων quod nunc receperunt Baiterus et Sauppius in edit. orr. Att. IV<sup>to</sup>, vel cum Schoemanno ad Isaeum p. 332 τὸν παρὰ τῶν συνειδῶτων legendum censet, quae correctio quum longius a librorum auctoritate recedat, altera τὸν πάντα συν. haud scio an praefenda sit, praesertim quum πάντα subsequenti genitivo adsimilari a librario proclive fuerit. FREUDENB.

Ibid. πολὺ δοκεῖ δικαιοτάτον καὶ δημοτικώτατον εἶναι. δημοτικώτατον Reiskius, qui nesciit id iam correctum fuisse ab Ernestio ad Callimachi H. in Del. 88. Libri δημοτικόν. Isocrates πρὸς Φίλιπ. p. 92. §. 52 τοὺς ἐνδοξούς καὶ πλουσιωτάτους, ubi Augerius ἐνδοξοτάτους legi voluit. Sed vere Leloup. animadvertit, voc. ἐνδοξος per se superlativi vim in se habere ideoque cum altero superlativo bene coniungi. [At I. Bekker. ad h. l. de scripturae varietate nihil monens in contextu posuit ἐνδοξοτάτους, qua forma etiam Demosth. de cor. 65 ἀπάντων ἐνδοξότατα usus est. FR.] Sic Iuvenal. XII, 116 „magna et pulcherrima.“ HEINR. IN MARG. Add. Cic. or. de imp. Pomp. c. 8. §. 20 „forti viro et sapientissimo homini et magno imperatori,“ ubi tamen legas quae de hac apud Ciceronem non admodum frequenti inconcinnitate novissimus editor C. Halmius disseruit. Δημοτικόν, quod curis secundis Heinr. revocandum putavit, recepit et ipse Maelznerus tueturque contra Dindorf. praef. Isocr. IV, et Schaeferum App. ad Dem. V, p. 646 allatis locis Demosth. or. Amator. §. 25 ἐκ πλείστον δὲ καὶ παντοδαπῶν, et Isocr. Busir. §. 12 πλείστα δὲ καὶ παντοδαπά. Ac mihi quoque cautius esse videtur, fidem librorum servare, quam Lycurgo praeter necessitatem orationis concinnitatem obtrudere. FREUD.

P. 165, §. 38. οἱ νεῦ [τῶν ἱερῶν.] Spuria sunt verba τῶν ἱερῶν et uncis secludenda, templa vacua, in quae hostis irrumpere possit: ut Sallust. Cat. c. 52 ut impetus fiat in vacuum rem publicam. Vid. Wessel. ad Diod. T. II. p. 68, 26. Nihil agit Reiskius



dicens pro vulgata. [Heinrichii iudicium iure omnes deinceps editores secuti sunt praeter Blumium. FR.] Neque vera est, quam idem affert, explicatio sequentium *ἐρημοὶ δὲ καὶ αἱ φυλακαὶ τῶν τειχῶν*, ut sint pro *ἐρημα τὰ τεῖχη τῶν φυλάκων*. Fuit supra p. 148 *τῶν τειχῶν ἢ φυλακῆ ἐρημος*. Ergo nulla est, quam ille excogitavit, hypallage: *ἐρημος modo adiunctum habet genitivum rei, modo, ut h. l., ponitur sine casu*. Vid. Ind. Demesth. in v. HEINR. COMM. PERP. *τῶν ἱερέων* intempestivum est emblemata librarii clerici, alienissimo loco suum ordinem inculcantis, cum putaret sine sacerdotibus templa non posse commemorari. Cuius stuporis plura exempla sunt in Codd. huius orationis. Sic librarius Cod. Vrat. *martyras* fecit p. 195 pro *διεκατέροον* scribendo *διεμαρτύροον*. Et p. 202, §. 96 Cod. [et ceteri omnes FR.] *τῶν ἀσεβῶν χώρον*, p. 240 pro *κατὰ προαίρεσιν* Cod. *αἵρεσιν*, haeticos imaginatus. Omnino vitiorum genus est quoddam in libris scriptis, minime infrequens, sed adhuc parum observatum, quas *sacras corruptelas* appellaverim, id est menda, quae casu ex mente et calamo fluxere hominum religiosorum. Id non mirabere, si recordaris, plurimos codd. a clericis in coenobiorum solitudine fuisse scriptos. Sic *Φαρισαῖοι* pro *Φορισαῖοι* scripserunt apud Iulium Africanum in Cestis, Villosis. ad Long. Pastoral. p. 141 ex Hemsterh. Forma autem *Frisaeus* invenitur in lapide apud Gruter. et apud Lipsium ad Tac. T. I. p. 754 c. 2 Oberlin. Apud Iuvenalem et Horatium lectiones depravatae ex Bibliis. Vide mea ad Iuv. XIV, 2 [et Bentl. ad Hor. Od. III, 18, 12: *cum bove pardus*, pro *vicus*, quod derivatum ex Esaiâ 9, 6. FR.] Apud Plutarchum varietas *Λεύκουλλον μάρτυρα* pro *Μάρκον*. Reisk. ad Plut. vitas Praefat. p. XXXV. Iuvenalis VII, 218 *Acoenonaetus* in multis Codd. errore hominum, quibus observabatur *ὁ ἀκοινοῦντος*, *excommunicatus*. V. Ducanus Gloss. Graec. [Heinr. in ed. Iuv. T. II, p. 311 hanc lectionem tamen praetulit alteri *Acoenonoëtus* (*ἀκοινονόητος*), i. e. communi sensu carens. FR.] Christiana interpolatio *Nullum numen habes, si sit prudentia* apud eundem Sat. X. extr. pro *abest*, poetae scriptura, ubi nihil vidit caecus nimirum natus Rupertli. Apud Lampridium in Alex. Severo e Persii Sat. II, 69 citatur: *in sanctis quid facit aurum?* interpolatum videlicet propter sanctos ex *sacro*. Versus apud Persium *Censoremve tuum* Sat. III, 29 corruptus a monacho, scilicet qui gravaretur scribere censorem *fatuum* propter censuram ecclesiasticam. Apud Phaedrum Fabb. III, 10, 39: *A divo Augusto tunc petiere iudices*, quod e Christiana interpolatione Cod. Perotti sic habet: *Pontificem maximum rogarunt iudices*. Ad eandem originem redeunt verba spuria in Fragmento Erechthei p. 208: *σιεφάνοισιν οὐδαμοῦ τιμήσεται*; item in senario Gnom. Brunck. p. 328 ed. nov. *Μισοῦντα μίσει καὶ φιλοῦνθ' ὑπερφίλει* a pio homine inscite mutatum *μισοῦντα φίλει*. Et ista corruptio in elegis Tyrtæi: *εἰς τ'ὄπισω* pro *εἰσοπίσω*. Item scriptura codicis in eodem Fragm. p. 205 *λόγω πολιστής δ'έστί*. Legerat librarius vocab. apud Gregorium Nazianz.; nam ceteroquin graecum non est. [Conf. de hac voce quae addidit G. Dind. ad Steph. Thes. s. v. et Matthiae p. 168. FR.] Sancta vitia apud Cic. de re publ. p. 13, 17 *Philoteo* (-theo); *Philotheus* monachus fuit. Vid. Fabric. scriptt.

med. aevi; *caelum* p. 171, *solo deos* p. 174, denique in Somn. Scip. c. 2 extr. *et pax sit rebus*, quae verba recte mihi videor emendasse in utraque ed. Bonnensi. Quin ne patribus quidem ecclesiae suae aut socordia ipsorum aut libido interpolandi pepercit. Exemplum Clementis Alexandrini profert Valckenaer. ad Eurip. Hippol. p. 221 A, ubi τὸν Χριστὸν posuerunt pro eo, quod scriptor voluerat, τὸν λόγον. HEINR. CUR. POST.

P. 165 sq., §. 40. ὄραν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν γυναῖκας ἐλευθ. ἐπὶ τῶν θυρῶν egregie appositeque ad mores mulierum Allicarum, ἐνδον μενουσῶν. Conf. Valck. ad Herod. IV, 114. not. 54. In dissimili re similis est, nec aliena ab hoc loco species apud Homerum Jl. XVIII, 495 αἱ δὲ γυναῖκες ἰστάμεναι θανάζον ἐπὶ προθύροισιν ἐκάστη. Quorum non otiose ego hic recordor, sed quod plura sunt in praeclaro hoc loco, quae non dicturus fuisset Orator sine Homero. HEINR. COMM. PERP.

Ibid. ἀναξίως αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ὀρωμένας. Fecit operae pretium I. H. A. Schulzius, tacentibus criticis, admonens de difficultate, qua haec laborant sine dubio: quanquam nec causas satis interpretatus est, nec difficultatem potuit remove: ὀρωμένας non modo molestum est ab inelegantia iuncturae, praemisso ὄραν, sed ne Graecum quidem ἀναξίως ὀρωμενος, adspectu indignus. Opinionem prodidit Anonymus Ienensis [censor ed. Schulzianae in Diar. litt. Ien. Oct. 1789. N. 319, p. 113 sqq. FR.], legendum esse ὀδυρομένας, aut δρυπτομένας, quae opinio viam monstravit Frider. Iacobsio ad inveniendum, quod scripsit Orator, θροομένας, Animadverss. ad Eurip. p. 126. ΘΡΕΟΜΕΝΑΣ exaratum in vetusto exemplo: unde facillimus error librarii. Non tamen apta huic I. verbi significatio, de qua Valck. ad Hippol. p. 203 B. ὀδύρεσθαι proprium est mulierum, lamentari. Similis locus Andocidis de Myst. p. 25 R. ἦν δὲ βοή καὶ οἶκτος κλαίωντων καὶ ὀδυρομένων τὰ παρόντα κακά. Demost. p. Cor. p. 239, 23. HEINR. COMM. PERP. ὀδυρομένας etiam Orellio placuit ad Isocr. de permut. p. 233. Ac saepius ὀδύρεσθαι confunditur cum ὄρασθαι et ὀρχεῖσθαι, quod perdocta correctione Phrynicho restituit Lobeck. p. 102. IDEM IN MARG. Hac coniectura, quae placuit Baitero, non contenti fuerunt Bekkerus et Hermannus. Itaque ille in Add. et Corrig. T. V. p. 697 legendum suasit φερομένας, hic vero in censura l. c. p. 601 coniecit οἰστρομένας, grave vocabulum dicens postulari, ex quo rei indignitas magis appareat, laudato Iacobsio ad Aelian. Hist. Animalium. Maetznerus denique ad tuendam vulgatam, quam et Sauppius a se et Baitero receptam defendere studet, collatis locis Lyc. §. 55 et §. 141: ὅποσοι τοῦ κινδύνου μετείχον ἐν ὀφθαλμοῖς ὄντες καὶ ὀρωμένοι, i. e. in oculis versantes, h. l. ὀρώμ, non sine vi quadam illatum esse putat, ubi de feminis, quae in publicum non solebant prodire, positum sit indignum in modum in hominum ore versantibus. At vero prodixisse in publicum feminas iam antea orator expressit initio huius narrationis ὄραν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τ. Θ. γυν. ἐλ., neque opus eandem rem tam putide iterum inferri, multoque indignius

est liberas mulieres in publico euilasse. Quare spreis ceterorum commentis plane ad-  
sentior Heinrichio, cuius emendatio quum sit veri simillima, tum ad loci sententiam  
mihi esse videtur aptissima. FREUDENB.

P. 173, §. 46. \*ω\* \*ἀνδρες. Excidit ω, cum vox similis ων praecesserit. Nam quod  
Critici putant (Plat. Dial. sel. Heindf. Vol. II, p. 548), verbum propter similis verbi vici-  
niam excidisse, quanquam merum id somnium optimus Buttmannus dicit, putant tamen  
verissime. Si idem verbum uno loco bis positum a scriptore, a Librario semel omitti  
potuit (Goerenz. ad Cic. Fin. p. 654), quod nemo negat et apud Lycurgum in fr. Erech-  
thēi Eur. v. 3 aperte commissum videmus: simile verbum potuisse excidere, aequae est  
consentaneum. Deinde id descriptores etiamnum docent, et typhethae librariorum plane  
gemelli. Hoc ipse expertus sum in pauculis rebus, quas adhuc edidi, ut nuper in Ly-  
curgi Or. In brevi li. Or. edit. p. 53, 20 ἔχουσι ἐχθροὺς omiserat typhetha ἐχθροὺς, pro-  
pter similis verbi viciniam. Cic. de Re publ. p. 108, l. 6 *recta ratio*. Typhetha in  
primo specimine omiserat *recta*. It. p. 133 l. 3 post *est* omiserat *ex*. Emendat. et con-  
iect. ad p. 37, 27, ubi *indocti* excidit ante *doctique*, inprimis ad p. 48, 10 *unius munus*;  
conf. p. 47, 2. HEINR. CUR. POST. Quod supplevit Heinrichius ω, et cod. Vrat. exhibet  
et receperunt Bekkerus ceterique editores. Conf. Bremi ad Lys. Accus. Agorat.  
§. 3 ἀνδρες δικάσταί, ubi Marklandus scribi iubet ω ἀνδρ. dix., et de caed. Eratosth.  
§. 32, ubi Bekkerus ω addidit. FREUDENB.

P. 175, §. 49. ταῦτα γὰρ ἀμφοτέρω. Offensioni fuit γὰρ, eiusque loco δὲ posue-  
runt: quod etsi dici aequae poterat, γὰρ tamen rectissime habet. Praeclare Hermannus  
ad Vig. ann. 343, b: „Praeterea observa, non raro γὰρ dici, ubi δὲ expectasses.“  
Similiterque in Luciano hunc usum defendit Reizius ad Gallum p. 562. Vol. VI. Bip.  
HEINR. CUR. POST. Etiam Baiterus et Sauppius ac Maetznerus vulgatam, quae offen-  
dit I. Bekkerum, recte tuerentur. FREUDENB.

P. 175, §. 49. τοὺς ταῖς διανοίαις μὴ πηξάντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον. Reis-  
kiius: „malim διὰ τὸν φόβον.“ Ego putabam τῶ τῶν ἐπ. φόβῳ. [In eandem coniectu-  
ram incidit etiam Vir doctus quidam Diar. litt. Lips. a. 1822 N. 168, p. 1341. FR.] Soph.  
Oed. Col. 1625 φόβῳ δέσαντας; Eur. Bach. 1034 φόβῳ πηξῶ. Iacobs. Exercitat. crit.  
T. I, p. 125. Porson. Advers. p. 147. Steph. Thes. III, 1585. Verum versibus hoc licet,  
orationi non licet. Grave vulnus profecto sic non sanatur. Lacuna hic est sic fere ex-  
plenda: μὴ πηξάντας, ἀλλ' ἀνδρείως ὑπομείναντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον.  
Aeschines in Clésiph. p. 643 de ipso Leocrate: aufugisse ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤγειρε.  
τὰ ἐπιόντα, ut Lycurgus p. 185, et alii πόλεμον ἐπιόντα, ἐπιόντα κακὰ, ἐπιόντας κινδύ-  
νοὺς. HEINR. CUR. POST. Hoc supplementum, quod asteriscis circumclusum Heinri-



chius in textum editionis suae recepit, non tulit plausum hominum doctorum; neque id iniuria. Nam lectio huius loci proba est, modo recte explicetur. Neque tamen ea ratione, quam post Heinrichium omnes Lycurgi editores in his verbis interpretandis ingressi sunt, quod haud temere offensioni fuit Reiskio atque Heinrichio, satis expeditum esse primus monstravit Lobeckius in Paralip. Gramm. Gr. P. II, p. 514, cuius verba, quum claram loco nostro lucem affundant, hic iuvat apponere. „Posterioribus interpretibus,“ inquit, „quae pro tralaticia scriptura afferunt, ἀράς ἀνοσίους ἀρᾶσθαι, πράξεις βιαίους πράττειν et cetera huius notae, nihil aliud comprobant, nisi eos ignorasse omnino quid disceptetur; neque Graserus, vir perspicax, satis errorem cavet Spec. Adv. p. 90. Verba per se ambigua sunt; nam et hoc significare possunt nunquam eo timore percussi quo qui hostes aggredi iubentur, et illud οὐ διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἐπιόντων φόβον, sed nemo hinc colligat pro φοβοῦμαι σε dici posse τὸν φόβον σου φοβοῦμαι, nisi obiective.“ Cui expositioni viri graece scientissimi nihil habeo quod addam, nisi vereri me, ut in priorie loci interpretatione verba τῶν ἐπιόντων intelligi recte possint „qui hostes aggredi iubentur,“ quum Lycurgus hoc vocabulo „hostes“ significet infra §. 57 τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι. Itaque, si quid video, altera tantum explicatio relinquatur „percussos terrore ab hostibus aggredientibus iniecto,“ quam rationem unice veram esse equidem censeo. Quanquam minime infitior, Lycurgum hoc loco paulo audacius locutum esse poetarum more, ut Aeschylus Prom. 174 dixit ἀπειλὰς πτήξας. Sic etiam Xenophon Cyrop. III, 3, 18 ausus est: Οὐχ ὡς φοβούμενοι πτήσσομεν αὐτοὺς οἴκοι καθήμενοι. Restat, ut Frankium commemorem, qui in censura l. c. p. 78 tritam explicandi rationem, quam etiam Maetznerus amplexus est, in hunc locum cadere negat vel propter additum ταῖς διανοίαις, quo sententia existat languidior: „qui timore (solito) hostium aggredientium non affecti sunt.“ Recte; sed gravior causa est, cur haec explicandi ratio ferri nequeat, monstrata illa a Lobeckio l. c. p. 513, scilicet additus genitivus, qui admitti non potest, nisi ita mutata significatione, ut genitivi in locum supponi possit adiectivum, ut in proverbio Ταντάλον φόβον φοβοῦμαι minime significatur Tantalum timeo, sed Tantalico quodam timore angor. Sed haec hactenus. FREUDENB.

P. 176, §. 51. καὶ τοιοῦτους μὲν ἄνδρας οὐδ' ἐξ ἀπάσης τῆς Ἑλλάδος ὀλίγους εὐρεῖν ἰσχύει. Propter negationem quae praecedit exspectes non ὀλίγους, sed πολλοὺς, quare Reiskius in Curis Posterioribus: „aut pro ὀλίγους leg. est πολλοὺς, aut εἰ μὴ ὀλίγους, aut οὐδ' ὀλίγους, ne paucos quidem numero.“ Nihil horum est verum, ut nec illud, quod mihi placebat aliquamdiu, ὀλίγους pro spurio eiiciendum esse. Sed latet hic singularis quaedam vis verbi ὀλίγος cum negatione constructi in sermone Attico: quam cum in commune videam ignorari ab indoctis doctisque, breviter ostendam. Isocrat. Archid. §. penult. κάλλιον ἐστὶν ἀντι— ψυχῆς, ἣς οὐκ εὐπορήσομεν ὀλίγων ἐτῶν κ. τ. λ., i. e. cuius (vitae) fructus non nisi paucis post annis nobis suppetet. [ἣς οὐχ ἔξομεν

ὄλ. ἐτ. Bekkerus recepit, sed hic locus vetusta labe mihi affectus videtur, quae haud scio an tollatur, si post ἔξομεν εἰ μὴ inseratur, quod a simili quae antecedit syllaba μεν facile potuit absorberi. FR.] Thucyd. VII, 75 οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν ἀπολειπόμενοι, *nonnisi paucis* cum obstationibus relictis, a ceteris afflictis, qui in summa desperatione non vacabant longis querelis. Ibid. c. 79 οὐκ ἐπ' ὀλίγων ἀσπίδων. [Hic locus cum nostro non debet comparari: οὐκ ἐπ' ὀλίγων ἀσπ. est „nicht wenig Mann tief aufgestellt;“ angustiam loci Thucydides ipse dicit non passam esse aciem εἰς μῆκος instrui. Conf. Goeller ed. II. ad h. l. FR.] Mitto Isocratis et Thucydidis editores quosvis, utrobique et se et divinos scriptores frustra torquentes. Iam Lycurgum licet interpretemur; dicit enim: tales viros *nonnisi paucos* in universa Graecia facile invenias. [Ut meam qualemcunque de hoc loco sententiam aperiam, rei cardo in eo verti mihi videtur, ut οὐδ' ὀλίγους arctissime coniungantur; quod noli mirari, quum interposita verba εἰς ἀπάσης Ἑλλάδος cum ὀλίγους in unam quasi notionem coalescant. Dicit igitur Orator: „tales viros nē in omni quidem Graecia facile esse *vel paucos, paucos tantum* (nēdum multos) reperire,“ quod perinde est tanquam dixisset: „tales viros *ne paucos quidem* in omni Graecia facile esse reperire.“ Rem verbo tetigit Sauppium, atque Maetznerus comparari iussit Xenoph. Mem. Socr. IV, 6, 7: Οὐδὲ, μὰ Δι', ἔμοιγε πολλοστὸν μέρος αὐτῶν, quo in loco οὐδὲ tribus interiectis vocibus a πολλοστὸν diremptum est. Conf. Bornemann. ad h. l. et ad IV, 2, 23. FR.] Similiter nova multa in Attico usu loquendi addiscenda restant, quae reliqua nobis fecit eruditorum industria, in vulgaribus occupata. Dedi exemplum talis novae observationis in Epimetro Hesiodo p. 73, quod nec illi notum erat, qui Olynthiacas nuper edidit Lipsiae [C. A. Ruedigero, Lips. 1829 FR.], in loco illo p. 92 ed. suae, neque Zumptio in repetita editione Gr. Lat. p. 308. An. 1. Alioqui de ea, quam ibi attulit Latinorum structura aliter iudicasset, is quem ego sat scio, in litteris nostris rectissima quaeque promptissime amplecti, structuris illis confusis. Sed illud meum in Epimetro Hesiodo ecce *Hermannus* legit, quem vide ad Soph. Trach. v. 57. Locutionis vim explicavi: restat, ut explicem, unde vis ea fluxerit. Et causa eadem est, ex qua alium reconditiorem οὐ particulae usum primus acutissime aperuit Reising. in Coniectan. Aristoph. p. 30 sq., videlicet confusio, in loquenda frequens, duorum loquendi modorum. Ea res minime nova atque iam olim, praesertim in Plauto a Pareo Reizioque (quod de Reizio testatur B. König p. 60 sq.) animadversa, nunc ad communem utriusque linguae doctrinam traducta, si modo recte ac suis locis usurpatur, multis, quae adhuc obscura erant, dilucidandis esse potest. Cum igitur alterum genus sit, οὐδὲ πολλοὺς εὐρεῖν ῥᾶδιόν ἐστι, alterum hoc, τοιούτων ἀνδρῶν πολλοὺς ἂν εὕροις, ex utroque hoc genere mixtum tertium est, quod genus in his valet exemplis quae explicavi, et in aliis etiam reperietur. HEINR. CUR. POST.

P. 191, §. 78. τίτι δ' ἂν τὴν πατρίδα παρέδωκε μείζονα προδοσίᾳ; Ego. HEINR.

CUR. POST. Libri Mss. et veteres edd. exhibent *προῦδακε μείζονι προδοσίᾳ*, quae verba sine dubio labem traxere. Heinrichius primus sanavit locum coniectura Wesselingii, qui ad Petit. legg. Att. p. 232 pro *μείζονι* proposuit *μείζονα*, admissa; nec tamen eundem secutus est *προδοσίᾳ γὰρ* commendantem atque cum subsequentibus copulantem. Quam correctionem, ut mihi videtur, verissimam in textu ponere non dubitavit I. Bekkerus, Baiterus tamen et nuper etiam Maetznere auctore Voigtlaendero (de locis nonnullis Lycurgi. Schneeberg. 1825) *προδοσίᾳ*, quod omnes libri tuentur, tanquam glossema librarium, quo depravatum *μείζονι* explicarent, delendum esse sibi persuaserunt. At nihil efficiunt: *προδοσίᾳ* enim non solum adpositum est ad sententiam, sed etiam necessarium, id quod egregie monstravit summus Hermannus in cens. ed. Bait. et Saupp. I. c. p. 602 sq., qui scite animadvertit, oratori, si hoc vocabulum omisisset, concinnitatis causa scribendum fuisse: *ὁ τοῦ αὐτοῦ μέρος ἐκλειμμένην τοῖς πολεμίοις ὑποχείριον ποιήσας*; verum ut orationis vim augetet a structurae perpetuitate declinantem posuisse eum *προδοσίᾳ* idque iis quae instant verbis aptissime explanari. Quam ob rem cave, ne cum Saupprio *προδοσίᾳ* vocabulum ad sequentem enuntiationem trahas, quum, ut opportune monuit Halmius Act. Monac. T. IV, p. 155, hoc substantivum participiis, quae in superioribus cuique interrogationi adiuncta sunt, *ἐκ παραλλήλου* respondeat. Ad rem et ad structuram compares similem locum Lysiae Agor. §. 62: *οἱ μὲν γὰρ στρατηγήσαντες ἡμῖν πολλάκις μείζω τὴν πόλιν τοῖς διαδεχομένοις στρατηγῶς παρέδοσαν*, ubi eadem formula redit sumpta illa ex iureiurando, quo obstringebantur novi cives Athenienses (conf. Polluc. VIII, 106 et Stob. Serm. XLI, 141): *τὴν πατρίδα δὲ οὐκ ἐλάσσω παραδώσω, πλείω δὲ καὶ ἀρείω ὄσσην ἂν παραδέξωμαι*. FREUDENB.

P. 194 fin. §. 84. *τὸν θεὸν ἐπηρώτων εἰ ἐπιλήψονται τὰς Ἀθήνας* i. e. an Athenis potituri essent. Sed Graeci dicunt *ἐπιλαμβάνεσθαι τινας*, neque hoc sensu. Reiz. ad Viger. Herm. ann. 169. Legendum: *εἰ λήψονται*. Et *λαβέσθαι* eodem cum casu, quo *ἐπιλαβέσθαι*, fere coniungitur apud Atticos. Tamen Diodorus Sic. XVIII, 46 *ἤξιόν λήψεσθαι καιρόν*. Conf. Heind. ad Plat. Prot. p. 602. Lenius hoc remedium, quam si verba *εἰ ἐπιλ. Ἀθ.* pro spuris putare velis, ut sane Thucyd. III, 92: *πρῶτον μὲν οὖν ἐν Δελφοῖς τὸν θεὸν ἐπηρώτων κελύοντος* δὲ etc. Vitium *ἐπιλήψ.* fecerit librarius, cui *ἐπιληψία* mala cum fortuna in mentem venit. HEINR. COMP. PERP. *ἐπι* reliquum videtur a verbo composito, quod primitus legebatur ante *λήψονται*, fortasse *ἐπιστρατεύσαντες* seu — *σάμενοι*. Alioquin *ἐπιλήψ.* potuit scribere epilepticus librarius. IDEM CUR. POST. Quod huic loco sanando remedium Heinrichius adhibuit, mihi quidem maxime videtur probabile, idemque censuit L. Dindorfius Addit. ad Steph. Thes. sub *v. ἐπιλαμβάνω*, qui unum tantum verbi *ἐπιλαμβάνεσθαι* cum accusativo constructi exemplum idque ambiguum laudat ex Herodoto IX, 62: *τὰ δόρατα ἐπιλαβόμενοι κατέκλων*, ubi accusativus referendus esse videtur ad *κατέκλων*. Nec vero audiendus Papius Lex. L. Gr. sub *v.*



qui *εἰ ἐπιλήφονται* interpretatus est: „ob sie Athen noch zu ihrem Lande hinzufügen, es erobern würden,“ cuius significationis ne ullum quidem apud Graecos invenitur exemplum. Quod si quaeris, quo pacto *ἐπι* illud huc irrepserit, Heinrichii suspicionem ita accipio, ut *ἐπι* potius ex verbo composito *ἐπιόντες* natum esse crediderim, cuius extremam partem per compendium scriptam in proclivi fuerit librariorum inscitia obscurari atque adeo obliterari. FREUDENB.

P. 195, §. 84. τὸν βασιλέα τῶν Ἀθηναίων Κόδρον. Nomen *Κόδρον* delevit suo Marte Osannus, foedissimam glossam appellans et de invento ridicule glorians. Potuisse omitti, et quisque facile videt, et vero omisit iam dudum Meursius de Regib. Athen. III, 11 (Thes. Gr. Antiq. Vol. IV) ubi latine convertit hunc locum: *nisi regem Atheniensium interficerent*. At quod potuit omitti, debuisse etiam, minime probatur locis scriptorum, quos Osannus affert allatos iam pridem a Meursio l. c. Adde Schol. in Platon. Comm. cr. Bekk. T. II, p. 376 sq. Nam aliter oraculum loquitur, aliter orator oraculi sententiam enarrans, nomenque regis de industria saepius appellans. Sic pag. seq. ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον. De Codro veterum locos collegit Meursius lib. laud. c. 11 sqq. Κλεόμαντις Lycurgo dictus Suidae est Κλεομένης. Meurs. c. 13. HEINR. CUR. POST. Heinrichius rectissime tuetur *Κόδρον* repetitum, quo miror offensum esse Maetznerum, qui nomen prorsus supervacaneum esse putat. Verum de hoc usu admodum apud veteres scriptores frequentato nomina vocesque iterandi, ubi pronomen sufficeret, sive is a perspicuitatis sive gravitatis studio repetendus est, satis est laudasse *Paldami* commentat. De repetit. verbb. in serm. Gr. et Lat. in Iahnii Ephem. litt. a. 1838 NN. 149 sqq., doctamque Iahnii censuram T. XVIII. p. 243 sqq. Add. Krueger. ad Xenoph. Anab. I, 3, 14 αἰτεῖν Κῶρον, et quae ipse ad Cic. or. pro Rosc. Am. c. 26 in Progr. gymn. Monast. ad Eifl. a. 1837 p. 9 sqq. annotavi. FREUDENB.

Ibid. [ἐτέρων] μεταλλάξαι τὴν χώραν. Non proba lectio, quidquid tentaveris. §. 69 τὸν τόπον μετ᾽ ἡλλαξάν, §. 50 τὸν βίον μετήλλ. Neque aliter articulus convenit ante *χώραν*, quem Stephanus omittit Thes. I, 855. verba apponens ut Antiphontis, quod solet. Taylor. p. Reisk. 137. Reiskius in *τινὰ* malit mutare, postremo Heindorf. ad Plat. Charmid. p. 62 pro eodem hoc positum putat. HEINR. CUR. POST. ἐτέρων nunc defendo: q. d. terram aliam mutare. Horat. Carm. II, 16, 18. *quid terras alio calentes Sole mutamus?* quem locum temerarunt, qui non intellexerunt. Vid. Bentl. Mitscherlichius cum farragine sua nihil agit. Unus bonus est, quem affert, Luciani locus. IDEM IN MARG. Luciani locus est de Gymnosoph. 18. Tom. II, p. 897: ἄλλοτε ἄλλην γῆν ἀμείβειν, i. e. aliam ex alia adire terram. Adde Plat. Parmen. p. 138 C: ἢ μεταλλάττοι χώραν ἐτέρων ἐξ ἐτέρας; Leg. 6, p. 760 C: τοὺς τῆς χώρας τόπους μεταλλάττοντας. Idem fere de hoc loco iudicium tulit Frankius l. c. p. 71 sqq., qui ἐτέρων aut προληπτικῶς dictum esse ait pro ὥστε

ἑτέραν εἶναι, aut μεταλλάξαι, ut multa alia verba cum μετὰ composita, duplicem accusativum asciscere, ut haec sententia existat: „ihr Land durch Tausch in ein anderes zu verwandeln, gegen ein anderes zu vertauschen.“ At vereor, ut haec structura exemplis defendi possit: quin immo μεταλλάσσειν genitivum ἑτέρας flagitat, quem quidem Schoemannus in Diurn. litter. Halens. p. 554 sq. ponendum, aut τὴν delendum esse censuit. Etiam Hermanno l. c. p. 603 servato ἑτέραν, quod orationem graviorem efficiat, ac deleto τὴν articulo locus persanatus esse videtur; eique recte adsensi sunt novissimi editores, Baïterus et Sauppis. FREUDENB.

P. 197, §. 88. ὑπὲρ ἧς γὰρ οὕτω — ἐσπούδαζον. Addit ζῶντες post οὕτω Lobeckius ad Phrynichum p. 129. Eodemque iudicio Reiskius p. 227 περὶ τὴν πόλιν vult inseri ante vv. πρότερον ἀδικοῦσι, propter oppositum in membro seq. περὶ τοὺς θεοὺς ἀσεβοῦσι. At neque ἀδικεῖν dicitur nisi in homines, in civitatem, et σπουδάζειν tantum est vivorum. Alius hic est orator, quam Isocrates et λογοδαίδαλος. Atque Latine sit salis dicere: „Qui pro patria fortiter laborarunt, meruere ut mortui honorentur.“ Num inseras, Qui in vita? Atque utitur hoc loco Lycurgi I. A. Ernestius in Memoria Winckleri Icti (Opusc. Orat. p. 256 sq.), de eius integritate nihil omnino dubitans. HEINR. CUR. POST. Halmius scribi maluit ἐσπούδαζον ζῶντες, quo coniectura veri fieret similior; at iure eam spreverunt Baïterus et Sauppis cum Maetznero. FREUDENB.

P. 197, §. 91. ἐπεὶ γε τὸ ἐλθεῖν τοῦτον, οἶμαι —. Sic libri omnes; neque sine aliqua insolentiae specie, si accurate agere velimus. Tamen iam constat, ἐπεὶ etiam causale esse, nam. Iacobs. ad Ach. Tat. p. 557. Et ἐπεὶ γε sic continenter dici, mihi nihil obstare videtur, quamvis interposita una voce aut pluribus, frequentius distineantur, ut Eur. Med. 1178. Notabilior autem haec anacoluthia est, consequens tamen ex altera vulgari, quae a nominativo facile incipit. Buttm. ad Philoct. 1385. Sed constructionis sive structurae talia solent dici perquam improprie, cum revera sint ἀσύντακτα, id est, non constructa; et non ad syntaxin pertineant, sed ad ἀσυνταξίαν, qui locus vacat in Grammaticis nostris. Similem anacoluthiam non admittit Latina oratio, sed ad Graecam rationem tamen prope accedit. Nam venisse ipsum, id est eiusmodi, ut deus aliquis eum huc duxisse videatur ad poenam luendam. Si quo hic offendar, est loquendi haec brevis in verbo ἐλθεῖν, quanquam in Lycurgo corruptae lectionis suspicionem ita minime excusares. De anacoluthiis, Herm. Append. Vig. c. VI. HEINR. CUR. POST.

P. 203—209, §. 100. Versus Euripidei ex Erechtheo, leguntur in Hug. Grotii Excerptis ex Tragoedd. et Comoed. Graec. p. 383 et inter Fragmenta Euripidea. (Totum hoc fragmentum Hieron. Columna repetiit ad Ennii Fragmenta ed. Hessel. p. 256 sq.) Quum primum multis et gravissimis mendis inquinatos Aldus e vitiosissimo Lycurgi ex-

emplo prodidisset: posteriores omnes et editores orationis Lycurgeae et Fragmentorum Euripideorum collectores, nullo adiuti auxilio melioris Codicis, raro satis felicem in emendandis restituendisque praestantissimis versibus navare operam potuerunt. Nonnulla obscuriora summus Valckenarius illustrata dedit ad Eurip. Phoeniss. p. 369 sq., cuius quidem si in toto fragmento aequalis opera versata esset, non dubium est, quin pleraque explanata tanto ingenio haberemus. Nunc, si etiam supersunt in his versibus Porsonis Hermannisque expedienda, alia, quam adhuc extabant, rectiora et integriora partim ope Vratisl. Codices edere potuimus: ut perinsigne fragmentum, si non omnibus numeris perpolitum, at certe emendatius, quam in omnibus libris, prodeat hac nova έκδόσει. HEINR. COMM. PERP.

v. 1. 2. Inconstantem hic crisin exercent Taylorus et Reiskius. Etenim nihil omnino certius hac eleganti et vere Attica constructionis forma, ἡδιστον, ὅστις—. Eurip. Iphig. Taur. 606 αἰσχιστον, ὅστις — αὐτὸς σέσωσται; Phoeniss. 519 Pors. ἀναδρία γὰρ, τὸ πλεον ὅστις ἀπόλεσας, τοῦλασσον ἔλαβε, ubi cf. additamentum Schaeferi p. 284 et de lectione versus Herm. Praef. Hecub. p. XLII. Neque vero tam insolens haec constructio, quippe quae in prosa quoque oratione usu venit. Polyae. Strateg. prooem. ἀνδρεία μὲν γὰρ, ὅστις ἀλκῇ χρησάμενος πολεμίων μαχομένων ἐκράτησεν, cuius optimi exempli memor ipse Taylorus fuit ad ista Lysiae p. 159. Vol. V. R. ἐπειτα δὲ καὶ οὐδεμίαν ἡγοῦμην προνοίαν εἶναι τραύματος, ὅστις μὴ ἀποκτεῖναι βουλόμενος ἔτρωσε. Demosth. Cor. p. 311. Ἐγὼ δ' ὅλωσ μὲν, ὅστις — προφέρει, παντελῶς ἀνόητον ἡγοῦμαι καὶ ἀπαίδευστον. (neutr.) Denique huius usus originem cognoscas in tali exemplo, quale habet versus Hesiodus Theogon. 783 καὶ ᾧ ὅστις ψεύδεται — in quibus haec est cum praegressis connexio: Ἴρις πωλεῖται ἀγγελίης, ὀππότε ἔρις ὄρηται, καὶ ὅστις ψεύδεται, i. e. καὶ ὀπότε τις, vel εἴ τις ψ., ubi error est notantis: „Ed. Par. ὅς κε ψεύδεται, melius quam vulgo.“ Iam satis accurate nuperus interpres Germanicus: „Wann einst Hader und Zank sich erhob —, Und wann jemand Iog.“ IDEM COMM. PERP.

v. 2. ἡδιστον. Maximus Tyr. p. 235 ὁ φίλος ἡδιστον εὐτυχίαν προσλαβών, i. e. εἰ προσλάβοι. IDEM COMM. PERP. Quod exhibent codd. ἡδιον praeter Coraem et Wagnerum retinuerunt Osannus, Bekkerus, ceteri. FREUDENB.

v. 3. Vulg. χρόνον δὲ δρῶσι, πολλῶν δυσγενέστεροι, quod frustra emendare adhuc conati sunt. Itaque versus, ut sunt, corruptos nuper repetiit Coraius Σημειωσ. εἰς Ἴσοκρατ. p. 9. Damus scripturam Codicis Vrat. χρ. δὲ δρῶσι, δρῶσι δυσγενέστερον. Nempe δρῶσι altero loco forte omissum peperit deinde maius vitium, quum reconcinnare aliquis metrum vellet. Parechesis prorsus Euripidea, ut Orest. 732 Pors. οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκεῖνη κείνον etc., Suppl. 1216 δρῶσαι, δρῶντα—. Herc. fur. 854. δρῶσ' ἂ δρῶν—. Creberrimae



eiusmodi corruptelae: egregie Jacobs. ad Athen. p. 127 sq. HEINR. COMM. PERP. Heinrichii emendationem receperunt Pinzger., Baiter. et Sauppius, ac Hartung. „Eurip. restituit.“ I, p. 469, contra Hermannus quod ipse apud Matthiaeum coniecerat, *δυσγενέστεροι φύσιν*, tuetur in Zimmermann. diar. litt. antiq. a. 1835 p. 604. FREUDENB.

v. 7. 8. 9. 10. Plutarchus affert de Exilio c. XIII. cum nonnulla varietate, et annexis etiam versibus quinque, nec emendatis illis, neque omnino Euripideis, sed profectis, ut videtur, ab histrionibus, quos constat summorum poetarum dramata otiosis laciniis onerasse. Atque Grotius merito haud dubie cavet, ne in probos Euripides versus male nati versiculi scenicorum *διασκευαστῶν* inferebantur, quos quidem Lycurgus aut nondum suo tempore nosse potuit, aut, si norat, reiecit. Nam is ipse fuit orator, qui istam histrionum licentiam lege coeheret: id quod declaratum a me est Commentat. I. in Tüvenalem. Cf. Böeckh. über die Lenäen, Anthesterien u. Dionysien, p. 55. HEINR. COMM. PERP. F. G. Wagner (Fragm. Eurip. Paris. 1846. 702 sq.) contra hos versus pro Euripideis habet eosque in numerum inc. fab. fragm. (CXVIII) relegavit. FREUD.

v. 7. ἢ πρώτα. Ed. Lycurgi et Cod. Vrat. *οἱ πρώτα* legit Scaliger et in hoc consentiunt Codd. Plutarchi, quod sane aptius ad concinnitatem et elegantiam. HEINR. COMM. PERP. Mutatione nihil opus. Vid. Maetzner. FREUDENB.

v. 9. Apud Plutarchum versus sic legitur: *πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς*. Quod licet alii probaverint, obstat res tamen, quam attigit Musgravius, calculos, sive *πεσσούς*, non iaci solitos, idque *κνβείας* esse proprium. Quamobrem histrionis *παράδιώρθωσιν* in hac quoque scriptura apud Plutarchum videre mihi videor. *Ὀμοίως* cum dativo agnoscit Porson. Advers. p. 192 et 195. Lips. [Bekkerus et ceteri editores *ὁμοίαις* tuentur. FR.] Separati antiquitus *πεσσοὶ* et *κίββοι*, serius confundebantur. Eustath. ad Odys. A. p. 1396, 50 sqq. Orion Theb. in Etymol. apud Ruhnken. Timae. p. 217. voc. *πεσσοῦς* exp. *ὁ πίπτων ἐν τῷ βάλεσθαι*, et ex eo Etym. M. p. 666, 22. ad Thom. Magistr. p. 556. Brunck. ad Aristoph. Concionatr. v. 987. Scholl. Platon. p. 230. Rem explicat Salmasius ad Script. H. Aug. p. 462. A. sq. p. 465 a. F. sq. 466 C. sq. 467 a. C. HEINR. COMM. PERP.

v. 10. *εἰσαγώγμαι* Edd. Lycurgi, et *ἐξαγώγμοι* apud Plutarchum, quod Grotius praeferre non debebat. Genuina scriptura in Cod. Vrat. *εἰσαγώγμοι*, i. e. *εἰσαγόμεναι*. Plutarch. Sympos. VII, 8. Tom. III. P. II. p. 937 Wyt. (Euripid. Fragm. ex incertis Tragoeedd. CXXXVI. Musgr.) *ὅσοι τὴν σωτηρίαν οἴχοι καὶ παρ' αὐτῶν ἔχοντες ἢ ἄλλην θέλουσιν εἰσαγώγιμον λαβεῖν*, ὡς *Εὐριπίδης* εἶπεν, *ἀβέλτεροί εἰσιν*. Reiskius a sensu poe-

tae aberravit longissime, prorsus absonam vocis significationem obtrudens, qui, quando semel in Oratoribus versabatur, oratoria et forensia cuncta putabat. HEINR. COMM. PERP.

v. 11. πόλεος. Vulgo πόλεως, id quod iam dudum correxerunt Grotius, Scaliger, alii. Idemque vitium fuit v. 21, ubi itidem nunc sublatum. Conf. Markland. ad Suppl. v. 481. IDEM IBIDEM.

v. 14. ἔκατι [receptum a Wagnero FR.]. Orest. 26, ubi v. Pors. Sic Sophocles. v. Brunck. Ind. Buttman. ad Phil. 134. Valcken. ad Phoen. p. 8. Buttman. Gr. explicatiore p. 101. Sonantiores formas amant Tragici, Ἀθάνα, δαρόν, ἔκατι, ἀνάλωσα, Θοῦζ. IDEM IN MARG.

v. 15. Hunc versum Hermannus l. c. p. 604 ita restituit: θεῶν τε βομῶδες πατριῶτα θ' ὡς ἠνώμεθα. FREUDENB.

v. 16. 17. Vulgo sine sensu, πόλεως δ' ἀπάσης τοῦνομ', ἐν πολλοῖς δέ μιν Νέμοισι, ex quo fecerunt — τοῦνομ' ἐν, πολλοῖς δ' ἐνὶ Νόμοισι, et rursus inde alii δ' ἐν νόμοισι. Sed Melanthon edidit τοῦνομ' ἐν πολλοῖς τεθὲν Νόμοισι. Quibus quidem omnibus ne species quidem veritatis ulla est. Tandem cum acumine proximeque ad verum Musgravius proposuit τοῦνομ' ἐν, πολλοὶ δέ μιν Νέμονσι. Nam manifesto scriptum in Cod. Vrat. δέ μιν Ναίουσι, unde restituimus manum poetae: πόλεως δ' ἀπάσης τοῦνομ' ἐν, πολλοὶ δέ μιν Ναίουσι τούτους. HEINR. COMM. PERP. πόλεως δ' ἀπ. τοῦνομ' ἐν, civitas quaeque una est: periphrasi Euripidea. Cf. Seidl. ad Iph. T. 875. IDEM IN MARG.

v. 18. ὑπὲρ δοῦναι θανεῖν. ὑπερθνήσκειν et ὑπερθανεῖν verba Euripidi usitata. Ceterum Taylorus ὑπερδοῦναι vult scribi, sicque coniunctum exhibet Grotius. Accedam equidem, simul atque edoctus fuero certo et idoneo auctore, probum illud verbum esse omninoque bene Graecum. Posuit sane Schneiderus in Lex. tanquam Euripideum. Atqui demonstrandum id erat. HEINR. COMM. PERP. ὑπὲρ praepositio iungenda cum θανεῖν, a quo seiuncta est per tmesin. Vid. Maetzner. ad h. l. FREUDENB.

v. 20. ἐνός μὲν οἶκος lectio Aldinae et Cod. Vrat. in quo μὲν tamen omissum. Grotius scripsit εἷς μὲν. At Reiskius: „Poterat ex ἐνός etiam ἐμὸς effici, et nescio, an etiam rectius.“ Scilicet plane oblitus Praxitheae, reginam loquentem facit humiliter, ut servam. Levius est pro huius viri imperitia metrorum, devorari ab eo tam durum pedem (anapaestum) potuisse. Atque plane verum est Grotii εἷς μὲν οἶκος. HEINR. COMM. PERP. Quod Bekkerus suspicatus est οἶμὸς, iure receperunt Baiterus et Sauppis, Maetznerus et Wagner. l. c. FREUDENB.

v. 22. *Θηλέων*. Edd. vett. et Cod. Grotius dedit *Θηλειῶν*, quod Musgravius probat, aut mavult *Θήλεος*. Ipse autem in textu habet *Θήλεως* (Lobeck. ad Phryn. p. 247), id quod Reiskius coniecit subaud. *στάχυος*. Formam *Θήλεως* ut Atticam pro *Θήλεος* e Pausanica profert Maittair. p. 28.D. Herodot. III, 66. *ἄπαιδα ἔρσεως καὶ Θήλεος γόνου*, Eurip. Andr. 23. *ἄρσεν' ἐντίκτω γόνου*, Brunckio sic emendante pro *κόρον*, quod natum ex glossa est. In Choephoris 499 *οἴκτειρε Θῆλυν*, *ἄρσεως θ' ὄμοῦ γόνου*. Poetae hoc est, duplici cum constructione verbi *οἴκτειρειν*, librariorum, quod legitur et aperte depravatum est, *γόνου*. — *στάχυος ἄρσην* legitime novatum secundum notum illud *ἄροτος παίδων* ac similia eiusdem metaphoraе. Vid. Godofr. Hermann. ad Argon. Orph. 219. HEINR. COMM. PERP. Pro *Θηλέων* (sc. *σταχυῶν*) Naekius Heinrichio commendaverat *Θηλειῶν* illud Grotii, ut Euripidi usitatum pro „feminarum,“ idemque flagitavit Hermannus l. c. p. 604 recepitque Wagner. FREUDENB.

v. 25. *θάνατον προταρβοῦσ'*. Nisi venia concedi Euripidi possit, emendatione opus foret ad numeros anapaesto liberandos. Sed nihil tentandum irato Porsono, vel ipso Euripide. Anapaestus etiam in primo loco v. 45. HEINR. COMM. PERP.

v. 25. 26. *ἀλλ' ἔμοιγ' εἶη τέκνα, Ἄ καὶ μάχοιτο* —. Legitima constructio, optandi modo manente in relativo membro, ab Homero inde: Od. α, 47. θ, 239. μ, 106. ο, 358. Oblitterata α, 404. ubi restituendum: *ὄστις — ἀποθῆαισ AI*. De Euripidis exemplis cf. Elmslei. ad Med. 586. Unum contrarium Troad 384 (399. Seidl.). Sed leg. *ἔμνησ AI*. Ut Homero, ut orationi Atticae, sic Tragicis non inusitata sunt *τὰ κοινὰ ἐκτικὰ*, Erfurd. ad Soph. Antig. 410 ed. min. Ab hoc primordio structurae ducuntur, qualis illa in Philoctete 324. 25. *γένοιτο—, ἴν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν*. Cf. Herm. ad Aiac. 1200. Hom. Jl. σ, 464 *αἶ γὰρ μιν — δυνάιμην — ἀποκρύψαι, ὅτε μιν μόρος αἰνὸς ἰκάνοι*. HEINR. CUR. POST.

v. 26. Pro *ἀνδράσι πο*. Naekius suaserat *ἀνδράσιν*, conferri iubens Porson. ad Eur. Orest. 64. FREUDENB.

v. 27. *μὴ σχήματ' ἄλλως*, dedit iam Grotius. Vulgo cum anapaesto *μὴ σχήματα δ' ἄλλως*, quod consentaneum est, Reiskio nen intolerabile esse visum. Versum Grotius latine convertit: „Non qui se inane praebeant spectaculum.“ Nec Reiskius intellexit, quem vide in Indice Lyc. v. *φῦναι*. Idem in Ind. Demosth. Scil. *σχήματ' ἄλλως* Atticorum loquendi genus exquisitius, *non nisi vel nihil aliud quam species, merae spec.* Vid. Toup. Not. ad Longin. p. 288 sq. Ruhnken. Epist. crit. ad Valcken. p. 90 et ad Timaei Lex. p. 199. Conf. Reisk. Indic. Demosth. v. *ἄλλως*. Ex hisce in viam reducendi viri docti ad Aristoph. Nub. 1204. Nec satisfacit explicatio Hermanni ad Vig.



annot. 231. 6. I. Buttmann, ad Philoct. 947. Geminum germanum est Hesioideum *οἶον*, Theog. 26 *γαστέρες οἶον*, Bäuche nur, blosse B. HEINR. COMM. PERP.

v. 28. τὰ μητέρων δὲ δάκρυ', ὅταν πέμψη τέκνα. Post δάκρυ' comma delendum. Neque aliter in Latinis: „Si matrum lacrimae prosequuntur natos, (eae) multos effeminarunt. HEINR. IN MARG.

v. 30. 31. Ζῆν παῖδας εἶλοντο καὶ παρήνεσαν κακά. Versum sic corruptum omnes libri praebent sine varietate. Coniecturas recensebo. Pro εἶλοντο Scaliger et Grotius [probante Baitero, FR.] insigni cum soloecismo εἶλον, ut de dactylo eius et amphimacro in tertia sede senarii nihil dicam, ἐλόμεναι παρήνεσαν. Schaefer. ad Bosium ed. Lips. p. 739 εἶλοντ' ἡδὲ κακά παρήνεσαν. Hermannus de Ellipsi et Pleon. p. 144. εἶλονθ', ὅτι παρήνεσαν κακά Versus est duplici vitio affectus, et falso emblemate et traiectione verborum. Emblemata est vocabulum ζῆν, quo non modo misere enervatur praeclara sententia, sed vel recta loquendi ratio depravatur: ut mirer, viros illos non hoc primo omnium esse offensos. Nam αἰρεῖσθαι ζῆν παῖδας πρὸ τοῦ καλοῦ nemo docebit Graecum esse, multo minus Atticum et Euripideum; et quae illi similes esse videntur, ceteroquin tritissimae, phrases, videntur esse, non sunt, similes. Conf. Steph. Thes. in v. αἰρεῖσθαι. Hoc igitur amoto, statim surgit, quem ego facillima transpositione restitui, germanus Euripidis versus: Εἶλοντο παῖδας καὶ παρήνεσαν κακά. Vix dignum notatu, traiectiones verborum vel in senariis facile accidisse. Proximum exemplum inf. p. 229 Reisk., ubi ἐντεκεῖν ἠξίωσεν in Codd. et primis edd. Ita in eis, quae de transpositione contra Porsonem dicta legimus a duobus nostratibus nostris, nihil est (Reisig. Coni. in Ar. p. 213 sq.), quod ob stare possit, quo minus emendationem hanc non modo tutissimam et lenissimam, verum etiam certissimam habeamus. HEINR. CUR. POST. Hermannus l. c. p. 604 nunc pro vero habet, quod Matthiae. ex codicum auctoritate suaserat: ζῆν παῖδας εἶλονθ' αὖ παρήνεσαν κακά. ad quam emendationem tuendam Pflugkium in Diar. scholast. Vtum fragmentum Phrixii contulisse ait. FREUDENB.

v. 34. τῆμῃ. Vid. Elmslei. Praef. ad Soph. Oed. Tyr., Seidler. ad Troad. p. 143, Wolf. Anal. Vol. I, p. 446. Buttm. gr. mai. p. 115, Reisig. Syntagm. crit. p. 27, Etymol. M. v. Τῆμῃ, Aeschyl. Eumen. 443. Schütz. HEINR. IN MARG.

v. 34. 35. ἡ μία μόνῃ. Reisk. legit εἷ. Sed lucem toti loco reddidit praestantissimus et summae artis Criticus, Thom. Tyrwhittus, verissime refingens: στέφανος εἰς μῆ μόνῃ Πόλεως θανούση τῆςδ' ὑπὲρ δοθήσεται. Cf. Schaefer. Melet. crit. p. 19. HEINR.

COMM. PERP. Totum locum Hermannus l. c. p. 605 paucis etiam refectis ita restituendum censuit:

τῇ μῆ δὲ παιδὶ στέφανος εἰς μιᾷ μόνῃ,  
πόλεως θανούσ' εἰ τῆς δ' ἔπερ δοθήσεται,  
καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ δύο θ' ὁμοσπόρω  
σώσει. FREUDENB.

v. 36. 37. Legebatur: καὶ σὲ δὲ ὁμοσπόρους, mutatum non bene a Grotio. Verum praecepit Valckenarius ad Phoeniss. 1022 καὶ σὲ, δύο θ' ὁμοσπόρους. Cf. Brunck. ad Arist. Ran. 1405. Porson. Adversar. p. 204. Nam verba convertit Praxithea ad maritum, in scena adstantem: ac tres tantum Erechthei filias novisse in isto dramate Euripidem, Valcken. docet hoc Hesychii: Ζεῦχος τριάρθενον. Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ. Vers. seq. restitutus e certissima correctione Grotii. Vulgo corruptum ὡς εἶ τι, etiam in Codice. HEINR. COMM. PERP.

v. 41. 42. Corrupti hi vv. et obscuri in editis. Cod. Vrat. [et ceteri omnes, FR.] partim non melius γοῦν τ' ἐμοί, ex quo, quod unice verum, restituo τοῦν γ' ἐμοί, id est, τὸ ἐν γ' ἐμοί, quantum in me est, penes me est. [Idem placuit Hermanno et Wagnero FR.] Valcken. ad Hippol. p. 198 E. Porson. Advers. p. 88. Iam haec egregie respondent sententiae v. 43, ubi opponitur τὸ ἐν κοινῷ μέρος. Deinde legebatur ἀρξοῦσι τ' ἄλλοι. Recepi lectionem Codicis Vrat. ἀρξοῦσιν ἄλλοι, quam item Reiskius, sed dubie, proposuit. Ita versus existit plane Euripideus, ut in Hecuba 431 Χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε. HEINR. COMM. PERP. Hermann. ad v. Hecubae: χαίρουσιν ἄλλοι. Thiersch. Gr. p. 428 n. 3, augendus hoc exemplo futuri. Herc. Fur. 574 χαίρόντων πόνοι. IDEM IN MARG. Etiam Hermann. l. c. p. 605 ἀρξοῦσιν tuetur contra Baiterum et Sauppium, qui retinuerunt ἀρξοῦσι τ' ἄλλοι. τὴν δ' pro lectione codd. τὴν δ' Heinr. reposuit auctore Naekio, qui collato exemplo, quod est infra v. 52, h. l. ἀσύνδετον statuit, ut τὴν δ' πόλιν aptum sit κατὰ τὸ νοούμενον et ab ἀρξοῦσιν et a σώσω. FREUDENB.

v. 43. 44. 45. Vulgo legitur ψυχῆς ἄτερ, inque altero versu θέσμιά τις ἐκβ., quod utrumque etiam in Codice. Grotius finita sententia post ψυχῆς ἄτερ, mutavit θέσμι' οὐ τις ἐκβ., idemque legi Musgravius iubet. Valckenarius l. c. corrigit ψυχῆς, ἄτερ, — θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ. At Reiskius ψυχῆς, τὰ τῶν, miramque in Ind. Graec. Lyc. v. θέσμια iuncturam verborum instituit, θέσμια ἐκβάλλειν τῆς ψυχῆς, ad se rediens tandem in v. ψυχῆ. Illam summi Valckenarii διόρθωσιν assumpsimus, dum melior ex Codice ignoto proferatur. Nam certe mendum haeret in voc. ἄτερ, pro quo legerem πάτερ, si haec uxoris vox esset ad maritum. Fortasse οὐκ ἔστ', ἐκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ἄτη,

— θεομὶ ὄστις, i. e. εἴτις, sicut supr. v. 1. Non erit, mea quidem voluntate, malum seu calamitas, si quis seu quicumque — eversurus sit. Melius fortasse, οὐκ ἔστ', ἐκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ἀνὴρ, — θ. ὄστις ἐκβ. Transitus a minori ad maius: Non erit, me quidem volente, vir ullus, qui evertet: neque Eumolpus nec multitudo Thracica evertet. ἐκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, periphrasis nihil insoliti habens, neque inusitata prosaicis Atticis. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 92, p. 135. HEINR. COMM. PERP. Hermannō duo dicendi genera hoc loco coniuncta esse videntur, ἐκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς et τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ, quem secuti Baiterus et Sauppius ac Maetznerus ἄτερ retinuerunt; mihi cum Heinrichio praeplacet Valckenarii emendatio. FREUDENB.

v. 46. 47. In loco adhuc obscurissimo tandem lucis aliquid vidit Musgravius. Is Gorgōnis nomine Minervam dici, docuisse se ait ad Helen. 1336. Gorgo dicta Pallas a Cyreneisibus, sec. Palaephatum Incredib. c. 32. Deinde peracute idem corrigit ἀναστρέψει, haec addens: „De cultu eius sic Statius Theb. II, 91: *divaeque severas Fronde ligare comas et spargere floribus hastam.* Ab alienigenis eam coronari, tanquam rem detestabilem memorat. Eadem fere Romanis religio. Cicero: *mos a maioribus traditus — ut monumenta maiorum ita suorum quisque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine alieno sinat.* in Verr. IV, 36.<sup>a</sup> Haecenus egregie: tametsi de reliquis, quae sana sunt, coniecturas frustra captat. τρῖαιναν de hastā metaphora haudquaquam absurda et satis iusta dictum est: τρῖαιναν gerit dea, ut potens terrae: translatum a populis θαλατοκρατοῦσι, qui infixā τρῖαινα terrae se dominos ostendebant. Böttiger, Blätter, 1810 p. 157. Nec magis recte tentabitur ἐν πόλειως βάρθοις, de arce Athenarum. Sophocl. Ai. 135 Σαλαμῖνος βάρθρον, 860 παρθῶν ἐστίας βάρθρον; Philoct. 1000 γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάρθρον, ad quem loc. cf. ipsius Musgravius not. HEINR. COMM. PERP. Γοργόνα Minervam dicit egregia metaphora deam bello terrificam, cuius aspectus, Gorgonis instar, terrorem inculit et stuporem. Nam τῶν τὴν Γοργῶ ἰδόντων est πεπηγέναι ἐπὶ τοῦ θαύματος, ut Lucianus loquitur principio Imaginum. Cogitat τὴν Πάρθενον in Parthenone ea specie, quam Pausanias describit I, 24, ex ebore et auro, erectam cum veste talari, in pectore gestantem caput Medusae eburneum, dextra hastam. Böttiger, Andeutungen p. 86 sqq., et quem laudat Max. Tyrius Diss. VI, 6. p. m. 157, Boeckh. Staatshaushalt. T. II. p. 295 sq., ib. p. 300. τὸ Γοργόνειον, ad hanc statuam pertinens. Boeckh. l. c. p. 319. Coraius ad Isocr. p. 274. τέλειαν dicit a statura corporis; (dicuntur οἱ τέλειοι θεοί. Lucian. Vol. VI. p. 245. ibi Scholium, et Annotat. p. 530. Ruhnken. ad Timaei Lex. p. 225. Schneider. Lex. Stephan. v. Τέλειος.) χρυσέαν ab ornatu statuae, praeclare omnia. Sed duos hos vss., sequente omisso, sine quo illi sensum non habent, Carol. Olfrid. Müllerus nuper adscripsit in Minervae Poliadis sacrorum et aedis illustratione, p. 25, simul exclamans: „Igitur vetustissimum aliquod signum tridente armatum erat.“ Unde vetustissimum? unde tridentem? Ex socordia fortasse ea, quam Ruhnkenio expo-



brat hic exegeta. Coniecturam P. P. Dobrei in Porsoni Notis in Aristoph., quas edidit Cantabr. 1820, οὐδ' ἀντ' ἐλάας χρυσίας τε Γοργόνος, probatam ab Otfred. Müllero, Göt. gel. Anz., 24 St. 1823, ibid. 50 St. 1823 p. 495, a Welckero, Prometh. p. 295. Not. 538, item a Censore Böltigeri Amaltheae in diario litt. Lips. 1824. nr. 245, is qui de libro illo refert in Classic. Journ. a. 1820 Vol. XXI. p. 370 sq. admiratur ut „one most happy specimen of Dobree's initiation into the mysteries of conjectural criticism.“ Mihi et sententia talis et talis oratio non modo ab Euripide, sed ab omni antiquitate adeo aliena esse videtur, ut hoc specimine nihil infelicius norim. HEINR. CUR. POST. [Aliter iudicavit Hermannus l. c. p. 605 de hac conjectura, in quam et ipse incidit Boettigerus Amalth. II, p. 342 sqq., laudatque propterea Baiterum et Sauppium, quod Γοργόνος de Gorgoneo, non de Pallade ipsa intellexerint. FR.] ἄν — ἀνασιέψει: Vid. Schaefer. ad Gregor. p. 66. id. App. Demosth. IV, 243, Lobeck. ad Phryn. 734 Reisig. Comm. de ἄν partic. p. 100 sq. Nec tamen auctam seu elevatam agnosco probabilitatis notionem. Hoc ἄν dictum est ἐν ἡθροι: wird wohl keiner kränzen, idem quod οἶμαι, Lat. opinor; ut tot alia apud Atticos in singulis verbis et loquendi formulis, plura etiam in syntaxi. Futurum tempus sine ἄν rem vere futuram indicat, ἄν adiecta, verisimiliter futuram: sed saepe enuntiantur ut verisimilia tantum, quae ut vera cogitantur, ut in ἄν addita color sit quidam aut modus eloquendi futuri temporis. Alterum est scio futurum, alterum puto scire. HEINR. IN MARG.

v. 48. Θοῦξ. Sic recte Pierson. edidit post Moerid. p. 464. [et h. l. Wagnerus FR.] Brunck. apud Aristophanem. Bis etiam Buttmanus in Scholiis Odysseae. Reisk. Θοῦξ, pervulgato errore in huius accentu nominis. Ineptissime nuper Θοῦξ. Turbat Porsonus cum in vocali nominis, tum in accentu Hec. 432. Θοῦξί, 884. Θοῦξί, sic 1127. 1138. 1146. Θοῦξ, 768. HEINR. IN MARG.

v. 49. στεφάνοισιν οὐδαμοῦ τιμήσεται. Haec sunt, quae in pr. Edd. leguntur: unde Grotius fecit στεφάνοισι δ' ἐχθρός —. Cod. Vrat. στεφάνοισι τ' οὐδαμοῦ τ. Sic senariolum habes, at quali sententia! Annotatio erat in margine scripta: οὐδ' ἄν στεφάνοις τιμήσεται ad explicanda verba vs. praegresso. Res per se patet, tum aliunde constat, ex glossematis talibus versus spurios in Tragoediis saepius esse tornatos. Vide Porson. in Append. ad Toup. Emendat. p. 478 sq. HEINR. COMM. PERP. Lectionem, quam codd. AB praebent στεφάνοισι, Παλλάς δ', receptam a Bekkero, recentiores editores iure in textu posuerunt. FREUDENB.

v. 54. Corrupte legitur in pr. Edd. Grotius correxit ὡς ἐγώ· καὶ ῥαδίως. Contra Valckenar. ὡς ἐγωγε· ῥαδίως, idemque Reiskius. At vero in optima illa Grotii emenda-

tionem prorsus manendum est: quam quidem Cod. Vrat. nunc planissime confirmat. HEINR. COMM. PERP.

P. 212—214, §. 107. Haec Tyrtaei elegia, quam „admirabilem“ dicit magnus Valckenar. ad Adoniaz. p. 342. A., nihil aliud est quam *ἐκλογαί* seu loci selecti, sententiae *σποράδην*, ex Elegis qui tunc ferebantur Tyrtaei. A versu 15. aliud incipit fragmentum; cuius indicium aut excidit, ut factum est in Cod. Vrat. p. 151, aut sic deinceps recitata fragmenta, sine indicio, ut in versibus apud Sueton. Tib. p. 206. Lips. De v. 14 cf. quae ego dixi apud Franckium, Callin. p. 151. Ultimum distichon (v. 31. 32) rescuit Brunckius in Gnostic., quia in altera Tyrtaei elegia est undecimum commodiore sede, ut ait p. 305. HEINR. IN MARG.

v. 11. *εἰθ' οὕτως* defendit Herm. ad Vig. p. 933 ita, ut mihi non satis faciat. *εἴτα* ignorant Epici; velim scire, an Lyrici norint et Elegiaci. Est Atticorum in sermone, atque in talibus orationum partibus, quae sermonis quotidiani sonum habent, ut semel in hac Lycurgea p. 191. *εἰθ' οὕτως* sic copulatae prorsus exemplo carent. IDEM CUR. POST. Postea Hermann. in Zimmerm. Diar. Phil. 1835, 75. p. 606 legendum proposuit. *Εἰ δ' οὕτως οὐ τ' ἀνδ. ἀλ. οὐδ. ὦ. γ. οὐδ' αἰδώς, ἐς τ' ὀπίσω τελέθει, θνυμῶ κ. τ. λ.* Conf. Schneidewin. Del. poet. Eleg. p. 6. Bergk. Poet. Lyr. Gr. recepit *εἰ δ' οὐν οὕτως — τελέθει, θνυμῶ κ. τ. λ.* FREUDENB.

v. 12. Hoc silentio transmittunt omnes, quotquot de hoc disticho disceptarunt, viri docti. Tritum Epicis est *ἐξοπίσω*, quod Herm. non maluisse miror propter causam, quam deinde commemorabo. *εἰσοπίσω* ut Pindaricum *ἔσαι* (cf. *εἰς ἀπᾶς*). Homerus non habet, sed *ἐς περ ὀπίσω* bis in eisdem verbis et in fine hexametri, Od. σ, 211 et ν, 199. At *εἰσοπίσω* in Hymno in Ven. v. 104 unico loco, sed certa librorum fide: apud unum Herm. *ἐξοπίσω* extat, multa auctoritate et ne monito quidem lectore receptum; *εἰσοπίσω* Sophoclis in Philoct. 1105. Elmslei. ad Soph. Oed. Tyr. 490 e Tragico ap. Stob. XXII. p. 188. *Θνητὸς περὶ κῶς τῶπίσω πειρῶ βλέπειν. εἰς τοῦπίσω* apud Platonem, Lysiam. Vid. mea ad Platon. Menex. p. 55. H. Steph. *τοῦπίσω*, posthac, affert ex Eurip. (sic.) Posteriore aetate coepit *εἰς τοῦπίσω* usurpari, quod Steph. habet ex uno Aretaeo. Habent Glossae Philoxeni et Lexx. Seguer. p. 19, 30. Cod. Vrat. et Ven. *εἰς τ' ὀπίσω*, ex quo Osannus fingit lectionem *εἰς τ' ὀπ.*, i. e. *εἰς τε ὀπίσω*. Absurdum hoc est, attamen nihil ad correctionem huius inventi, qua emtores suos beavit Osannus in *Corrigendis*, *εἰς τ' ὀπίσω* videlicet. Sanior Osanno certe ille fuit qui primus scripsit istud *εἰς τ' ὀπίσω*. Nempe Clericus erat Graecus, eiusque menti haerebat consueti sanctis Evangelistis locutio *εἰς τὰ ὀπίσω*, Marc. XIII, 16. *μὴ ἐπιτρεψάτω εἰς τὰ*

ἄπιστο, Luc. IX, 62. βλέπων εἰς τὰ ὄπ., Ioh. VI, 66 et XVIII, 6. ἀπῆλθον εἰς τὰ ὄπ., XX, 14. ἐστράφη εἰς τὰ ὄπ. In oratione scripsisset τῶπιστο. In versu putabat articulum posse elidi. HEINR. CUR. POST.

v. 30. ὄφρ' ἑρατῆς ἦβης. In elegiaco carmine frequens epitheton. In disticho Archilochio ap. Plutarch. in Phocion. c. 7, T. IV, p. 306. ubi ἑρατὸν legendum, iudicante etiam Schaefer, ad Bosium p. 291. Epitheton pentametri proprium. Apud Ionem et Elegiacae temporibus etiam Eratas Musae origo quaerenda est. IDEM IN MARG. Bergkii scripsit ὄφρ' ἄφα τίς. FREUDENB.

P. 215, §. 109. ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου, §. 47 ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Βοιωτίας, §. 21 τὰ τῆς χώρας ὅρια. Vrat. ὁρίοις. Lectionem suspectam habet Palmerius Exercitat. p. 676, [pro βίου ὅριον coniciens FR.] interpretari conatur Reiskius. Latet in verbis haec res, in qua μνησθέντα fuisse ἀναγεγραμμένα dicuntur, sepulera autem fuisse (πολυάνθρον) scimus ex Herodoto VII, 228, et Strab. IX, p. 429. A. et Pausania IX, 2, 4. Inde sensus patet locutionis, ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου, pro vulgari ἐπὶ τοῖς τάφοις, ἐπὶ τῶ μνήμῃ. Monumenta et sepulera terminos vitae vocari, vel sine exemplis nihil timor, et similes in inscriptionibus reperiuntur locutiones. Infra, quod usitatius est, dicit, p. 56, 28: τὰ ἐλεγεία τὰ ἀναγεγραμμένα ἐν τοῖς μνημείοις. IDEM CUR. POST. Wurmii Comment. in Dinarch. p. 176 et 182 pro ὁρίοις cum Coraë ἡρίοις amplexus, quod nomen ex ipsius Lycurgi oratione in Autolycum Harpocration affert p. 140: Ἡρία ἐν τῷ κατ' Αὐτολύκον ἡρία εἰσὶν οἱ τάφοι etc., verba τοῦ βίου, servata illa a Coraë, delenda esse putavit, coniectura magis speciosa quam vera. Wurmii correctioni applausit Baierus, atque Hermann. l. c. p. 606, qui negat ἐπὶ τ. ὁρίοις τ. β. significare posse locum, ubi quis occumbit, et τοῦ βίου refert ad seq. ἀρετῆς; quod vereor ut fieri possit. Contra ea Sauppis: „Vulgata lectio, inquit, optima est: auf den Grenzmarken ihres Lebens, i. e. ubi occubuerunt. Neque enim Lycurgus reformidat poeticum orationis colorem: cf. §. 40. 50. 75. 143. 149. FREUDENB.

P. 218, §. 115. Ἐπειτα ἐκεῖνοι μὲν —, ὑμεῖς δὲ εἴσατε; καὶ τοσοῦτον ἔσοθέ γε τῶν προγόνων χεῖρους, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν —, ὑμεῖς δὲ — ἀφῆστέ; Et p. 211 Ἐπειτα ἐκεῖνοι μὲν —, ὑμεῖς δὲ — οὐκ ἀποκτενεῖτε; Structurae est genus membrum orationis per μὲν — δὲ sibi oppositis, quod attigit Buttmanus in Synt. §. 136 nulli tam frequens quam Isocrati, apud quem in hoc genere locus summae artis est Encom. Helenae versus fin. p. 361 Lang., qui membrum pessime divulsis ac plane dissolutis per Coraium non minus quam per alios sic demum est integrandus: ἐξ ὧν τοσαύτης μεταβολῆς ἐτύχομεν, ὥστε τὸν μὲν — μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν πόλεμον—. [Isocratis locum sic iam ordinavit I. Bekkerus,



sed pro μετ' ἐκ. δὲ— reposuit μετὰ δ' ἐκέλευον τὸν FR.J. Hanc formam orationis Cicero saepe reddit, Graecos imitans, et fere, ut Lycurgus, interrogando: Or. pro Flacco §. 26. 41. 49, pro Fonteio §. 16. Vid. mea ad Or. pro Mur. §. 11 et ad Orat. §. 31. In hoc et altero loco ἐπειτα incipit orationem, ut ergo, quod invenitur in hac forma. [Conf. Matth. Cic. Oratt. VI, p. 313, Arch. §. 17, de off. I, 31, 114, Orat. 51, 171. FR.] Postremum hoc addas Hermanno apud Viger. annot. 239 s. fin. HEINR. CUR. POST.

P. 219, §. 117. ἐπειδὴ [τῆς ἀδικίας] οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα, ὄμηρον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ—. Sic ego. Mox §. 119 in eadem re: ἐπειδὴ καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἐδύνατο ὑποχείριον τοῦ προδότου λαβεῖν. Alius dixisset ὡς περ ὄμηρον, ut est in locis apud Schaefer. Melet. p. 20. Sed rursus p. 225. §. 127, ut erat τραχύτερος, mollimentum aspernatur. Statua quasi ὄμηρος dicitur eius, quem ipsum non habebant, quasi obses, quae debitam poenam persolveret. Qui τῆς ἀδικίας infersit, facere volebat corpus delicti, Graecis non minus quam Romanis inauditum. IDEM CUR. POST. Loci huius structura sane singularis, sed proba est sine dubio: ὄμηρον iungas cum σῶμα, ut haec existat sententia plane appositae: „quoniam ipsum, tanquam sceleris obsidem, i. e. unde poenas repererent, capere non potuerunt.“ Σῶμα ita haud infrequenter de homine vivo usurpari, satis constat. FREUDENB.

P. 222 sq. §. 123. οὕτως ἀπέκτειναν, — οὕτως ἐκόλασαν, — οὕτως ἐτιμωροῦντο. Ad primum οὕτως Reisk. abs re sane melius quam ab Latinitate: „sic temere, sine omni cunctatione, deliberatione, inquisitione.“ Sic accipe infr. p. 236 magna cum vi pronunciatum οὕτως ἀναιδῶς—! Optime Donatus ad servi verba: *Mirabar, hoc si sic abiret*, in Andria I, 2, 4: „Sic pro leviter et negligenter, quod Graeci οὕτως dicunt; et est de his, quae adiuvanda gestu sunt.“ Donati verba integra dedi, eiectionis quae vulgo ibi interpolata sunt. HEINR. CUR. POST.

P. 223 fin. §. 125. τοὺς τὴν \*ἐννοίαν μόνον τῷ δήμῳ\* ἐναντίαν ἔχοντας —. Cod. Aldi et Vrat. ἐναντίαν ἔχοντας, quod cum nihil sit, Steph. legit τὴν αἰτίαν, Taylero probante. Sed hoc minime illud est, quod et contrarium postulat et omnis contextus loci. Lacuna hic est, quam diu cunctatus ita explevi, ut quae eius causa fuerit, simul appareat. *Visum est satius esse, eos qui consilium tantum haberent contra remp., mori potius quam ipsos ad periculum revera adductos subire servitutem.* ἐννοία idem est quod ἐπιβολή. Suidas: *Επιβολή. ἐννοία, ἐπιχειρήσις.* De re ipsa cf. Maxim. Tyr. Dissert. XVIII, 4 et ibi Davis. p. 567, qui ibi affert Aelian. V. H. XIV, 28. οὐ γὰρ μόνον ὁ ἀδικήσας κακός, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐννοήσας ἀδικῆσαι. Maximo pro corrupto καὶ μὴ λάθῃ, in quo nihil egit Marklandus, restituendum esse καὶ μὴ ληφθῆ, ostendo ex Lycurgo inf. p. 230

ὄταν μὴ ληφθῶσι. Ceterum haec eadem plane sententia illa Catonis est in Catilinario crimine contra Caesarem dicentis in Senatu apud Sallust. Bell. Cat. c. 52. HEINR. CUR. POST. Heinrichii divinatio speciosior quam verior est: unice verum est quod coniectura assecutus erat Steph. quodque duo codices confirmarunt τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας, i. e. qui in suspicionem vocantur. Conf. Maetzn. ad h. l. FREUDENB.

nam hoc addebat Hermannus apud Viger. annot. 239 s. in HEINR. CUR. POST.

... in eodem ... ut est in locis apud Schaefer. He- ... ut est in locis apud Schaefer. He- ... ut est in locis apud Schaefer. He-

P. 2, l. 3 infr. corrig.: et aspera, cui lubet, levigare. P. 25, l. 9 infr. corrig.: in loquendo.

... in hanc interpretationem hoc homine vivo ...

... in hanc interpretationem hoc homine vivo ...

... in hanc interpretationem hoc homine vivo ...